BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Est. 13 Caj. 4 Núm. 8

VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

370

~~16-3-32.~~

2-13-4-8-

I
370

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

370

I 00370

2 13-4

b1856365x

Boecio

manuel ...

# Prohemium

## Sancti Thome de aquino ſup libris Boetii de conſolatione philoſophie cõmentum cuꝫ expoſitione feliciter incipit.

Philoſophie ſeruias oportet vt tibi contingat vera libertas. Hec ſunt verba Senece octaua epiſtola ad Lucillum: quia vocari phiam ſciẽtiam veritatis recte ſe habet ex ſecundo methaphiſice. Et philoſophia affert delectationes mirabiles firmitate ⁊ puritate: ex decimo ethicoruꝫ. Et multis viſa eſt philoſophia res mirabilis ⁊ diuina: ex de celo ⁊ mundo Ariſto. Itẽ ꝙ nulla ſcientia ſimilis eſt philoſophie: que clarificat animaꝫ ⁊ facit delectari eam in hoc ſeculo in ꝑſecutõe ⁊ rectitudine: ex libro de pomo ⁊ morte. Et phia trahit hoĩem ab obſcuritate ignorãtie ad ſciam: a tenebris ſtulticie ad lucem ſapie ⁊ ad claritatem intellectus: ex eodem libro Ariſto. Item q: phia a ſupſtitione liberat: metu mortis non conturbat ſcõm Tul. in libro de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ. Ideo Seneca has ⁊ conſimiles conditiones ⁊ effectus laudabiles phie auertens: hortatur nos ad ſeruitium phie in propoſitione prepoſita ſic dicens. Phie ſeruias oportet. Que quidem propoſitio põt probari multis rõib⁹. Primo. Illi oportet ſeruire ꝑ cuius ſeruitutẽ homi cõtingit vera libertas: ſed phia eſt hmõi: ergo. Maior nota: q: libertas eſt nobiliſſima conditio: quam natura humana deſiderat. Minor pꝫ ꝑ eundeꝫ Senecam: qui poſtq̄ premiſit ꝓpoſitionẽ iſtaꝫ phie ſeruias oportet: ſubiungit vt tibi contingat vͣa libertas. Et paucis interpoſitis dicit. Hoc enim ipſum ſeruire phie libertas eſt. Probatur ſecundo ſic. Illi oportet ſeruire qđ aĩm ꝑficit: vitaꝫ diſponit: actiones regit: agenda ⁊ obmittenda demonſtrat: ⁊ ſine quo nẽo eſt ſecurus: phia eſt hmõi: igitur ⁊c̃. Maior nota. nam iſte conditiones ſunt de ꝑfectõe hominis. Minor declaratur per Senecam. xvi. epiſtola ad Lucillum loquens de phia dicit. Hec animum format ⁊ fabricat: vitam diſponit: actiones regit: ⁊ obmittenda demonſtrat: ſedet ad gubernandum errantia: fluctuantiuꝫ dirigit curſum: ſed ſine hac nemo eſt ſecurus. Probatur tertio ſic. Illi eſt ſeruiendum quod tradit cognitioni vltimi finis magnum incrementum: phia eſt huiuſmodi: igitur ⁊c̃. Maior nota: q: cognitio vltimi finis magnum incrementum confert ad vitam: ex primo ethicoruꝫ. Minor declaratur. Nam vltimus finis vite humane eſt beatitudo: cuius cognitionem phia tradit. Dicit enim philoſophia in tertio đ conſolatione proſa ſecunda: ꝙ beatitudo eſt ſtatus oĩꝫ bonorum aggregatione perfectus. Et in eodem tertio oſtendit phia in quo ſit vera beatitudo: ⁊ quomodo ad eam perueniatur. Probatur quarto. Illi oportet ſeruire quod facit hominem parem deo: phia eſt huiuſmodi: igitur ⁊c̃. Maior nota de ſe. Minor patet per Senecam. xlix. epiſtola ad Lucillum: qui dicit. Hoc enim mihi phia promittit vt me parem deo reddit. Probatur quinto. Illi eſt ſeruiendum quod eſt magiſtra omnium ſcientiaꝝ: nutrix omnium v̄tutum: ſummũ ſolatiũ lapſoꝝ aĩoꝝ: qđ eſt preuiũ veri luminis: ⁊ cuius exhortatio ẽ recta ſui auctꝛe digniſſima: phia eſt hmõi: igiť ⁊c̃. Maior nota q: rõabiliter ꝓpter has conditiones laudabiles alicui ſeruitur. Minor declaratur. naꝫ phia eſt magiſtra omniuꝫ virtutum: ex primo de conſolatione proſa tertia. ipſa eſt nutrix omnium virtutum ſecundo de conſolatione proſa quarta. Ipſa eſt ſummũ ſolatiuꝫ lapſorum animoꝝ tertio de conſolatiõe proſa pͥa. Ipſa eſt preuia veri luminis quarto



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

de conſolatiõe proſa prima:et eius exhortatio eſt recta ſui auctoritate digniſſima quin
to de conſolatione proſa prima. Sic ergo patet propoſitio declarata que dicit. phie ſer
uias oportet. Sed diceres quid mihi prodeſt philoſophia ſi fatum eſt:quid mihi pdeſt
philoſophia ſi deus rector eſt:quid mihi prodeſt philoſophia ſi caſus imperat? Ad hoc
reſpondet Seneca. xiij. Epiſtola ſua. ſiue inexorabili lege fata nos ſtringant:ſiue de⁹ ar
biter vniuerſis cuncta diſponit:ſiue caſus actiones humanas:ſiue ordine permiſcet:ad
huc philoſophie inſiſtendum eſt. Philoſophia enim nos tueri habet. hec enim exhorta
tur vt libenter deo placeamus:vt ipſum ſequamur:vt continue fortune reſiſtamus:⁊ vt
caſum feramus. Licet autem omnes homines natura ſcire deſiderent: tamen pau-
ci de quo dolor eſt philoſophie vacant. quod ideo contingit:quia plures omiſſis delecta
tionibus interioribus ad delectationes refugiunt corporales. Non tamen oportet dele
ctationes corporales eſſe eligibiliores interioribus: quia delectationes corporales im-
pediunt a ſummo bono:interiores autem ad id promouent. Unde Boetius in tractatu
de ſummo bono dicit. dolere debent qui delectationibus ſenſualibus detinentur bona
interiora omittendo. Nam deditj bonis ſenſualibus ſumma bona non attingũt. Quos
homines ſenſuales Boetius quarto de cõſolatione proſa quarta comparat veſpertilio
nibus dicens. Nequeunt enim oculos ſuos tenebris aſſuetos ad lucem perſpicue verit-
tis attollere:ſimileſq; ſunt auibus quaruz intuitum nox illuminat:dies excecat. Et li
homines ſenſuales ⁊ vulgares non magnificent nomẽ philoſophie: ſed magis blaſ-
mant:nihilominus tamen philoſophia in ſua dignitate perſeuerat:teſte Sene. xiiij.
ſtola ad Lucillum. Nunq̃ inualeſcet ad tantum malicia neq; ad tantum exceditur c-
virtutes:vt nomen philoſophie ſacrum ⁊ venerabile permaneat. Sed diceres ph-
phari non valeo:quia pauper ſum:ſ; ſi diuitias habuero totuz me phie dabo. ⁊ ho-
tur rationabile:quia natura per ſe non eſt ſufficiens ad ſpeculanduz:ſed oportet
⁊ potum et reliquum famulatũ preexiſtere. ⁊ pro tanto ſacerdotes in egypto habi
ceſſarijs propter ammirari ceperũt philoſophari. Hec excuſatio ratione paupertatis no
valet. Audi Sene. xvij. epiſtola ad Lucilluz:qui dicit. Non eſt quo nos pauptas a phia
reuocet. toleranda enim eſt fames quam tolerauerunt quidam in obſidionibus. ⁊ quid
aliud erat premium patientie illorum q̃ in arbitrium non cadere ſcilicet inimicoꝝ. q̃to
magis eſt quod promittitur perpetua libertas nullius hominis timor:⁊ quod animum
liberat a furoribus. multis enim ad philoſophandum obſtitere diuitie. Paupertas autẽ
expedita ſecura ẽ. ſi vis animo vacare pauper ſis oportet. aut pauperi ſimilis:quia nõ
poteſt ſtudium ſalutare fieri ſine cura frugalitatis. frugalitas autem eſt voluntaria pau
pertas. hec Seneca. Uerum eſt igitur ad philoſophandum exiguntur neceſſaria:ſed ſuf-
ficiunt homini pauca. non enim oportet futurum felicem deum terre ⁊ maris eſſe:q2 na-
tura paucis minimiſq; contenta eſt:ex ſecũdo de conſolatione proſa quinta. Proiice er-
go omnia a te ⁊ ad philoſophiam magno curſu totiſq; viribus intende. hec Sene. xvij.
epiſtola ad Lucillum. Philoſophie ergo ſeruias oportet:vt tibi cõtingat vera libertas:
vt tibi contingat vera ſecuritas:vt tibi innoteſcat felicitas: vt par deo fias: ⁊ precipue
vt in aduerſitatibus ⁊ tribulationibus poſitus per ipſaz veriſſime cõſoleris:exẽplo Boe
tij quem phia in exilium relegatum:ab omnibus bonis pulſum:dignitatibus exutũ:mul
tis miſerijs afflictum dulciſſime cõſolabatur. de cuius phie conſolatione agitur in libro
Boetij qui intitulatur liber de conſolatione philoſophie:de quo ad preſens noſtra eſt in
tentio. Hec ſufficiant de introductione huius libri. Sed anteq̃ ad litteram accedamus
quinq; ſunt premittenda. Primum de cauſa ſuſcepti operis. Secundum de cauſis



huius libri. Tertium de titulo huius libri ⁊ eius expoſitione. Quartum de cauſa intitu
lationis preſentis libri. Quintum de generali ſumma et ſententia huius libri. Circa pri
mum videlicet circa cauſam ſuſcepti operis quare Boetius hunc librum conſcripſit eſt
ſciendum: q̃ Boetius vir eximius cõſul romanus fide catholicus extitit:qui diſputans
de fide catholica contra duos hereticos. ſ. contra Neſtorium et Euticem cum nullus eſ-
ſet qui eis reſiſteret: Boe. ipſos in communi conſilio deuicit: ſicut patet in libro de dua
bus naturis in chriſto. Tempore vero Theodorici regis gottorum cum idem Theodo-
ricus tyrannidem ſuam contra romanos vellet exercere:⁊ quoſlibet bonos opprimere:
Boetius virtute dei armatus plus omnibus alijs ſibi reſtitit: ⁊ quos tyrannica rabies
inuaſerat:Boetius amore iuſticie exponens ſe periculis ipſos liberauit. Uidens autem
Theodoricus rex gottorum ſolum ipſum Boetium ſibi reſiſtentem cogitabat qualiter
ipſum perderet: ⁊ cum iuſtam cauſam contra eum non inueniret:duas falſas cauſas cõ
finxit. Dixit enim Boetium impediuiſſe quendam delatorem ſibi litterarum que contine
bant accuſationem ſenatus romanorum:vt ſic ſenatus redderetur reus leſe maieſtatis.
Hanc cauſaz tangit Boe. proſa quarta huius primi dicens. Delatorem ne documenta
deferret quibus ſenatum maieſtatis reum facere t impediſſe criminamur. Secundo ac-
cuſabatur Boe. q̃ quaſdam litteras direxiſſet ad imperatorem conſtantinopolitanum
per quas reſtitueret libertatem priſtinam ipſis romanis. hanc cauſam tangit Boe. ea-
dem proſa ſic dicens. Nam de compoſitis falſo litteris quibus libertatem arguor ſperaſ
ſe romanam:quid attinet dicere his de cauſis Boe. per viles perſonas ⁊ infames accu
ſatus:indefenſus reus eſt iudicatus:⁊ a rege theodorico papie in exiliuz relegatus. Boe
tius autem in exilio poſitus preteritam proſperitatem ſecum reputans ⁊ preſentem ad
uerſitatem conſiderans:ne aliquis homo in ſimili ſtatu poſitus deſperaret:ſed vnde con
ſolaretur haberet:philoſophicam conſolationem compoſuit contra mutabilitatem for-
tune. Ex quibus dictis patet q̃ cauſa ſuſcepti operis eſt illa:quatenus Boetius ſe i exi-
lium relegatum:ab omnibus bonis depulſuz: dignitatibus exutum:philoſophice ſe tue
retur volens conſolari quemlibet hominem in ſimili ſtatu poſitum:ne deſperet ſimiliter
eſſe contuendum. Secundo videndum eſt de cauſis huius libri:cuius cauſa efficiens fu
it Boe. qui deſcribens materiam huius libri vtitur tam proſa q̃ metro:imitatus mar-
cianum felicem capellam:qui inde ſcribendo nuptias mercurij ⁊ philogie hoc ſtilo vſus
eſt: de quo fit mentio vbi dicitur. Egregiam ſobolem cui per ſtilbondis amorem. Ui
ſuperum magna ſociaſti teſte capella. Licet ille liber Boetij multum excellat librum mar
ciani tam nobilitate materieq̃ priuilegio eloquentie. Boetius enim nec Tullio in proſa
nec Uirgilio in metro minor reputatur. Utitur autem Boe. in hoc libro proſa in qua po
nit rationes ad conſolandum Boetium:probando q̃ non ſit dolendum de amiſſione re
rum temporalium. Utitur autem metro delectabili:vt duz audiatur meror obliuioni tra
datur. Cauſa materialis huius libri eſt philoſophica conſolatio ordinata ad contemptũ
mundanorum ⁊ ad appetitum ſumme felicitatis:vel philoſophica conſolatio perſua-
dens neminem extolli in proſperis:nec deprimi in aduerſis. vł aliter cauſa materialis ſi
ue ſubiectum huius libri eſt ſtatus miſerabilis Boe. philoſophica conſolatione superin
ducta. Cauſa formalis tractat⁹ huius libri ↄſiſtit in ei⁹ diuiſione de qua videbitur poſt
Cauſa autem formalis tractandi eſt modus agendi Boetij:⁊ eſt dyalogus id eſt ſermo
duorum. introduxit enim Boetius in hoc libro duas perſonas:ſcilicet ſeipſum ſuaz mi
ſeriam deplangentez:⁊ phiam ſibi condolentem:⁊ ipſum ſuper ſua miſeria conſolantẽ:
⁊ hoc eſt rationabile. Nam ſecundum beatum Gregorium. Uerus ordo conſolationis
eſt vt cum volumus aliquam a merore ſuſpendere. primo ſtudeamus luctui eius cõcor-



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

dare. vel ideo cauſa formalis eſt dyalogus: quia in quadam parte huius primi libri philoſophia introducit fortunam ipſum Boetium alloquentem: vbi incidit quedam figura tropi que vocatur ethopeia: de qua dicit greciſſimus. Ac introducit aliquos ethopeia loquentes. Ut cum fortuna loquitur boetius ipſa. Uel poteſt dici ſecunduz communiter loquentes: ꝙ cauſa formalis tractandi eſt quintuplex: diffinitiua: diuiſiua: probatiua: improbatiua: exemplorũ poſitiua: ſicut videbitur in libro. Cauſa finalis huius libri eſt: vt ipſo cognito noſipſos ⁊ quoſlibet alios in aduerſitatibus ⁊ tribulatione poſitos philoſophica conſolatione tueamur: ⁊ ne extollamur in proſperis ⁊ deprimamur in aduerſis. Tertio videndum eſt de titulo huius libri ⁊ de eius expoſitione. Unde ſciendum ꝙ titulus ſecundum Remigium ſuper Donato eſt clauis ſiue ingreſſus operis ſequentis. ⁊ dicitur titulus a titan quod eſt ſol. ſicut enim ſol illuminat mundum ſic titulus librum. Et preponitur titulus libro ad conſummationem operis: ⁊ ad laudez auctoris. Eſt ergo titulus preſentis libri talis. Auitij: Maulij: Torquati: Seuerini: Excõſulis: Patricij: Ordinarij: Boetij viri illuſtris incipit liber de conſolatione philoſophie. Sed queritur quare tot nomĩa propria ponuntur in titulo? Dicunt aliqui ꝙ forte fuit conſuetudo romanorum vt ſic nomina aſcriberent ſuorum auorum ⁊ predeceſſorum. vel aliter poteſt dici ꝙ plura nomina ponuntur in titulo propter honorem ⁊ laudem ipſius Boe. quia ſecundum Senecam in libro de demẽtia ad Neronez. Multa cognomina honori data ſunt. Sicut enim vilis perſona non vult nominari niſi vno nomine: quia quanto plus nominatur tanto plus cognoſcitur ⁊ tanto magis ſordeſcit: ſic honeſta perſona vult nominari pluribus nominibus: vt ſic magis innoteſcat ⁊ clareſcat alijs ſua fama. nam omne bonum in commune deductum magis eluceſcit. Exponitur autem iſte titulus ſic. Boetius dictus fuit auitius a quodam nobili romano ſic dicto de cuius genere ipſe fuit. vel dictus auitius quaſi inuictus: ab a qđ eſt ſine ⁊ vicos victoria. Nunquã enim Boetius vinci potuit vt flecteretur a iure ad iniuſticiam: ſicut ipſe teſtatur quarta proſa huius primi libri dicens. Nunquam a iure ad iniuriam me quiſꝗ detraxit. Secundo Boetius dictus fuit maulius: quia de genere mauliorũ fuit qui erant nobiles romani. Tertio Boetius dictus fuit torquatus a quodam nobili romano ſic dicto: qui cum ſingulare bellum iniret cum quodam de gallia ipſum deuicit: ⁊ torquem in collo habentem ſibi abſtulit: cuius ratione dictus fuit torquatus: de cuius genere fuit Boetius. Quarto Boetius dictus fuit ſeuerinus a ſeueritate. Seuerus enim fuit cum theodorico regi gottorũ ſe oppoſuit. vel dictus ſeuerinus quaſi ſequens veritatem. nunꝗ enim in iudicijs vel amore vel odio flecti potuit a veritate. Quinto Boetius dictus fuit exconſul: quaſi vnus ex conſulibus romanorũ. vel exconſul quaſi extra conſulatum poſitus quem prius habuit. Exconſulares dicebantur qui iam depoſuerant conſulatum: ⁊ licet ab honore conſulatus ceſſarent: tamen poſtea plus alijs in magna reuerentia habebãtur. Sexto dictus fuit patricius a nobiliſſimo romano ſic dicto de cuius genere fuit Boetius. vel alio modo. Patricij dicebãtur nobiles romani qui prouidebant reipublice ſicut pater filio: quorum nomina ſcripta erant aureis litteris: ⁊ ideo dicebantur patres: de quorum numero vnus fuit patricius Boetius: propter quod dictus fuit patricius. Septimo dicebatur ordinarius: quia rẽpublicam ordinauit. vł aliter. Ordinarij dicebantur qui tante dignitatis erant: vt quolibet ordine digni eſſent: ⁊ ſic fuit Boetius. Octauo nomine proprio dictus fuit Boetius: quod interpretatur adiutor: quia in neceſſitate pauperibus ſubueniebat. Quarto videndum eſt de cauſa intitulationis huius libri. Intitulatur iſte liber de conſolatione philoſophica. Ubi ſciendum ꝙ philoſophica conſolatio dicitur rationabilis demonſtratio declarans: de cuius amiſſione non eſt



dolendum: ⁊ de cuius poſſeſſione non eſt gaudendum: Et quia hoc pertractatur in preſenti libro: ideo ſic intitulatur. Quinto videndum eſt de generali ſumma huius totius libri. Ubi ſciendum ꝙ Boetius in hoc libro oſtendit bona temporalia eſſe tranſitoria ⁊ non conſiſtere totaliter in eis totalem veram felicitatem: ⁊ per conſequens non eſt dolendum de eorum abſentia: nec gaudendum de eorum preſentia: ⁊ neminem debere extolli in proſperis: nec deprimi in aduerſis. Oſtenditur etiam in preſenti libro quid ſit ſummum bonum: vbi ſit ſituz: ⁊ quomodo ad ipſum perueniatur. Etiam oſtenditur ꝙ boni ſemper ſunt potentes: ⁊ mali ſemper ſunt impotentes: ⁊ ꝙ bonis nunꝗ deſunt ſua premia: malis nunꝗ ſua ſupplicia. Poſt hoc oſtenditur quid ſit diuina prouidentia: q̃d caſus: q̃d fatũ: q̃d liberũ arbitriũ. Et ponit Boetius rationes quibus probat liberuz arbitrium non poſſe ſtare cum prouidentia diuina. ⁊ ponit quorumdam falſam ſolutionem et eã improbat. poſtea oſtendit veram ſolutionẽ: quã rationibus confirmat. Iſta ⁊ alia plura pulchra determinantur in hoc libro: ſicut patebit in ſequentibus.

Auitij. Maulij. Torquati. Seuerini. Boetij. Ordiarij. Patricij viri Excõſulis de cõſolatione philoſophie Liber primus feliciter incipit.

## Metrum primum heroicũ elegiacum.

Carmina qui quondaz ſtudio
florente peregi.
Flebilis heu meſtos cogor
inire modos.

Carmina q̃ quondaz ſtu. Preſens liber Boetij prima ſui diuiſione diuidit̃ i quinꝗ partes: ſecundum ꝙ ponit quinꝗ libros partiales quos continet. In primo conqueritur ſe miſerijs ſubiectum. In ſecundo ponit remedia conſolatiua. In tertio determinat de vera felicitate: i quo ſit ſita: ⁊ quomodo ad eam perueniatur. In quarto mouet quaſdam queſtiones ipſi philoſophie. In quinto determinat de caſu ⁊ prouidentia diuina. Primus liber incipit hic. Carmina. Secundus liber incipit ibi. Poſt hec pauliſper. Tertius ibi. Iã cantum illa finiuerat. Quartus ibi. Hec cuz philoſophia. Quintus ibi. Dixerat orationiſꝗ curſum. Quid et de quo agatur in quolibet libro patebit loco ſuo. Primus liber diuiditur in .xiij. partes: quia huius primi libri ſunt ſeptem metra ⁊ ſex proſe: que partes patebunt. que autem ſit materia ⁊ intentio cuiuſlibet partis ſimiliter patebit. Notandum autem ꝙ primum metrum huius primi libri vocatur elegiacum. Eſt autem metruz elegiacum quod conſtat ex vno verſu exametro id eſt ſex pedum: ⁊ alio pentametro id eſt quinꝗ pedum. Et dicitur elegiacum ab eleys quod eſt miſeria. elegia eſt enim miſeria. Metrum enim elegiacum inuentum fuit pro deſcribenda miſeria: quãuis eo hodie aliqui vtuntur ad alia deſcribenda. vnde Horatius. Uſibus impariter cinctis querimonia primum. Poſt hec incluſa eſt voci ſententia compos. Quis autem fuerit primꝰ adinuentor talis metri elegiaci dubitatur. vnde Horatius. Quis tamẽ exiguos elegos emiſerit autor. Grammatici certant: ⁊ adhuc ſub iudice lis eſt. Et diuiditur hoc primũ in quatuor partes. Primo Boetius deplangit ſtatũ ſue miſerie ex parte permutationis



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſtudij. Secundo ex parte defectus corporalis. Tertio ex parte prolongationis vite mi-
ſerabilis. Quarto apoſtrophat contra ſuos amicos. ſecūda ibi. gloria felicis. tertia ps
ibi. mors hominum felix. quarta ibi. quid me felicem. primo facit quod dictum eſt. ſe-
cundo approbat dictum ſuum ibi. Ecce mihi lacere. dicit primo. Ego Boe. qui quon-
dam tempore proſperitatis ſtudio meo florente peregi: id eſt compoſui carmina ſupple

**Ecce mihi lacere dictāt ſcribēda camene**
**Et veris elegi fletibus ora rigant.**

delectabilia ⁊ iocunda: nūc
tempore aduerſitatis: flebi-
lis id eſt dignus vt defleaz:
vel flebilis id eſt triſtis cogor
inire id eſt incboare: meſtos
modos id eſt triſtia metra de
mea miſeria. Notandū ſicut dictum fuit prius Boetius vtitur in hoc libro tam proſa
ꝙ metro. metro quia talis modus ſcribendi magis fuit conueniens ſue materie. ſicut eiz
potio curatiua que amara eſt delectabilius ſumitur ſi fuerit aliqua dulcedine permixta:
ſic ratione philoſophie in proſa tradite libētius a Boetio ſuſcipiuntur: ſi fuerit iocundi
tate metri dulcorate. Et ideo Boetius nunc vtitur metro nūc proſa: quia alternatis vti
delectabilius. vnde auctor poetrie. Quod ſapit inſipiduz vicioſa frequentia reddit. Itē
nota ꝙ Boetius incipit librum ſuum a metro non a proſa: quia modus ſcribendi metri
cus magis fuit vſitatus apud antiquos ꝙ proſaicus. vel ideo quia metrum eſt delecta
bilius proſa. vt ergo magis alliciat audientes ad ſuum libruz: ideo in principio libri ſui
vtitur metro. Item nota circa litteram ꝙ carmina vno modo dicuntur ſcripta metrica
certis pedibus menſurata. alio modo dicuntur quecunqꝫ dicta vel ſcripta etiam pro-
ſaica que ſunt de re delectabili. Boetius autem florente ſtudio compoſuit vt plurimum
carmina proſaica de re delectabili. Edidit enim quedam carmina philoſophica: quedā
logicalia: quedam theologicalia: ſicut patet reſpicienti eius diuerſos libros. tempore au
tem aduerſitatis cogebatur Boetius ad componendum carmina metrica triſtia. Item
nota ſtudium eſt vehemens applicatio animi ad aliquid agendum cum bona volunta
te. dico cum bona voluntate: quia in maliuolam animam non intrabit ſapientia. hec
Salomō. Et perfectio diſcipuli in tribus cōſiſtit ex boetio de diſciplina ſcholarium: in
attentione: docilitate: ⁊ beniuolentia. Homini enim volenti ſcientiam ⁊ non: vt oportet
ſtudenti impoſſibilis eſt poſſeſſio boni. Euſtratius primo ethicorum. Item nota ꝙ du
plex eſt ſtudium: florens ⁊ aridum. Ad ſtudium florens tria exiguntur. Primo requiritur
iuuentus: quia iuuenes perſpicaciores ſunt ſenibus. ſenes autem magis ſunt immemo
res. Secundo requiritur habitus neceſſariorum: quia natura non eſt per ſe ſufficiens ad
ſpeculandum: ſed oportet neceſſaria exiſtere: ex quarto ethicorum. Tertio requiritur ani
mi tranquillitas que contingit per ſedationem paſſionum: quia anima quieſcens ⁊ re-
ſidens fit prudens. vij. phiſicorum. Ubi eniz paſſiones dominātur: ibi intellectus obſcu
ratur: ideo boetius in fine huius primi hortando nos ad fugam paſſionum dicit. Gau
dia pelle: pelle timorē. Spemqꝫ fugato: nec dolor adſit. Nubila mens eſt vinctaqꝫ frenis
hec vbi regnant. Studium autem eſt ad qđ concurrunt oppoſite conditōnes: ſcilicet ſe-
nectus: neceſſariorum defectus ⁊ animi perturbatio. Nota ꝙ verſus de miſeria dicuntur
meſti modi. dicuntur enim modi a modulando: quia pedibus modulantur. ⁊ dicuntur
meſti modi ratione materie: quia ſunt de triſti materia: ſcilicet aduerſitatis. Nota ꝙ in
primis duobus verſibus notatur anthiteſis id eſt contra poſitio. dicitur enim in primo
verſu quondaz peregi: cui contrariatur in ſecundo verſu cogor inire id eſt incboare. Itē
dicitur in primo verſu florentie ſtudio: cui contrariatur in ſecundo flebilis. Itez dicitur



in primo verſu carmina ſupple iocunda: cui contrariatur in ſecūdo meſtos modos. Itē
notandum ꝙ Boetius rationabiliter deplangit ſtatum ſuum ex parte permutatiōis ſtu
dij philoſophici quod verſum fuit in ſtudium poeticum quo nunc cogebatur vti. Propo
ſuit enim Boetius dolorem ſuum metrice conſcribere ⁊ non philoſophice conſolari. naz
ſtudium philoſophicum eſt ſtudium veritatis: quia ſecundo methaphiſice vocari phi-

**Has ſaltē nullus potuit peruīcere terror.**
**Ne noſtrum comites proſequerētur iter.**

loſophiam ſcientiam veri-
tatis recte ſe habet. Studi-
um autem poeticum eſt ſtu-
dium falſitatis. nam ex pro
hemio methaphiſice ſecun-
dū prouerbiū mentiunť mul
ta poete. Itē per ſtudium philoſophicū acquiritur beatitudo: ex. x. ethicorum. Per ſtu
dium autem poeticum falſitatis certitudo: ex ſecundo methaphiſice. Ecce mihi lacere.
Hic Boetius approbat dictum ſuum. dixit enim ꝙ cogatur inire meſtos modos: hoc
ipſe probat. ſecundo reſpondet queſtioni ibi. has ſaltem. primo dicit bene dixi ꝙ cogor
inire meſtos modos: ecce demonſtratio huius ad ſenſum. nam camene id eſt muſe poe-
tice lacere id eſt lacerātes mentes hominū: ille dictāt mihi ſcribenda ſupple carmīa me-
trica ⁊ elegi id eſt verſus miſerie quos muſe mihi dictant illi rigāt id eſt humectant ora
id eſt faciem meam veris fletibus. Notanduz ꝙ ſecundum poetas. ix. finguntur fuiſſe
muſe in monte elicone iuxta fontem cabalinum: de quo fonte loquitur Perſius in princi
pio libri ſui dicens. Fonte cabalino ⁊ cetera. Que muſe finguntur poete miniſtraſſe ſciē
tiam componendi carmina metrica: ⁊ iſte muſe poetice vocabantur camene quaſi canē
tes amene: eo ꝙ multum delectant homines ratione metri. Nota ꝙ ille muſe poetice
dicuntur lacere actiue: quia lacerant id eſt diſtrahunt mentes hominum ſubiicientes ip
ſas diuerſis paſſionibus: nunc paſſioni amoris: nunc doloris: ſicut patet per Ouidium
de amore tractantem ⁊ per alios poetas. vel dicuntur lacere paſſiue ratione poematuz
ſuorum: que poemata dicuntur lacera: quia non ſunt firmitate rationis ſtabilita. Ubi
notandū ꝙ quedā carmīa dicunť integra: quedaz lacera. Integra ſunt carmina philoſo
phica nulla falſitate permixta: ſed firmitate rationuz ſtabilita ⁊ animum firmant. Lace
ra ſunt carmina poetica que non inſtruunt hominem nec conſolantur: ſed lacerāt id eſt
diſtrahunt mentes hominum: nunc reducendo homini ad memoriam voluptates: nunc
dolorem: nunc alias paſſiones. Item notandum verſus elegi principaliter inuenti fue-
runt propter miſeriam deſcribendā: ⁊ quia hos verſus muſe dictabant boetio per quos
Boetius magis ſuam miſeriaz reduxit ad memoriam ꝙ per eos conſolarentur: ideo ele
gi erant cauſa ipi Boetio veri fletus. Item notandum duplex eſt fletus: adulatorius ⁊
verus. adulatorius qui eſt fictus qualis eſt fletus amaſie. Si enim dixerit amaſius ad
amaſiam non diligis me: ipſa incipit flere quare vt per fletum firmius ipſum poſſit tene
re. cum autē nummos non poterit extorquere ab ipſo dicit. vade gartio: te nō noui ve-
re. alius eſt fletus verus: qui ex vero cordis dolore ⁊ ex vera pietate procedit: ⁊ ad talem
fletum Boe. prouocatus fuit per muſas dictantes ſibi carmina. Notandū ꝙ hec dictio
elegi poteſt exponi dupliciter. vno modo ꝙ teneatur nominatiue: ⁊ tūc eſt ſenſus elegi. i.
verſus miſerie rigant ora mea fletibus. alio modo ꝙ teneatur genitiue: ⁊ tunc eſt ſenſus
camene rigāt veris fletibus ora elegi. i. miſeri hominis: quia elegus a. um. i. miſer ra.
rum. ſcđm huguitionē. Has ſaltez nullus. Hic Boetius reſpondet tacite queſtioni. Que
reret aliquis quomodo muſe dictant tibi carmina ſcribenda cum ſis in exilium relega-
tus: quia intraſti ſine omni comitiua? Ad hoc reſpondet Boetius. Licet omnes amici

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

mei dereliquerunt me in exilio propter timorē imperialeꝫ: tamen has muſas nullus terror imperialis potuit vincere quin ſequerentur noſtrum iter vſqꝫ in exilium dictātes nobis carmina. Notandum licet bona exteriora poſſunt auferri ab homine per violentiam: ſicut per furtum: per rapinam. per incendium: tamen ſcientia non poteſt auferri ab homine. non enim ſcientia violentia aufertur: nec vetuſtate conſumitur: nec triſticia minuitur. vnde Seneca. ix. Epiſtola ad Lucillum recitat: ꝙ cū Stilbon capta patria: amiſſis liberis: amiſſa vxore ſua ⁊ alijs bonis: ſolus ab incendio exierat: requiſitus fuit a Demetrio numquid omnia perdidiſſet. reſpondit nihil perdidi: ſed omnia bona mea mecum ſunt: iuſtitia: virtus: ⁊ prudentia. ⁊ hoc innuit Boetius dicens. Muſas ſe non reliquiſſe. vnde etiam Alanus de planctu nature de ſcientia dicit. Super omnem poſſeſſionem generoſa emanat poſſeſſio que ſperſa colligitur: erogata reuertitur: publicata ſuſcipit incrementum: per quam nobilis theſaurus ſecretis penetralibus naſcitur: effectus eterne delectationis acquiritur. Hec eſt ſol per queꝫ mens deijcit a tenebris cordis oculos delicioſa animi paradiſus. hec immortalem ex mortali facit: ⁊ caducum hominē in deū deifice mutationis auctoritate conuertit. Nota circa hanc dictionē ſaltim ꝙ tres dictiones proferri poſſunt per tim: que deberent proferre per tem. vnde proferimus ſaltim pro ſaltem: timpus pro tempus: extimplo pro extemplo: quod eſt contra Huguitionem qui dicit. Tim tria deteſtor: extimplo, timpora ſaltim. Gloria felicis. Hic Boetius deplangit ſtatum ſuum ex parte defectus corporalis. Et primo proponit euꝫ in generali. ſecundo in ſpeciali. ſecunda ibi venit enim. dicit primo quondam conſolabatur me gloria felicis id eſt proſpere iuuentutis: ⁊ gloria viridis iuuente id eſt delectabilis iuuentutis: ſed nunc fata id eſt euentus meſti ſenis id eſt triſtis ſenectutis ſolantur id eſt conſolantur mea id eſt meam partem: quaſi diceret prius conſolabar dulci iuuentute: nunc autem conſolor triſti ſenectute. ſecundum illam ſententiam ſic exponitur littera. Gloria felicis iuuente id eſt proſpere iuuentutis viridis id eſt delectabilis iuuentutis olim id eſt quondam ſupple conſolabatur me nunc fata id eſt euentus meſti ſenis id eſt triſtis ſenectutis ſolantur mea id eſt meam partem. Notandum ꝙ communiter illa littera aliter exponitur referendo eam ad muſas poeticas ſic. Camene que quondaꝫ tempore iuuentutis erant gloria felicis ⁊ viridis iuuentutis. quod dicitur pro tāto: quia iuuenes olim ſolebant informari in arte poetica in qua proficientes gloriabātur in vſu metrorum ⁊ rigmorum: nunc autem camene ſolantur mea fata inq̄ meſti ſenis. Notandum ꝙ felix iuuentus eſt que bonis exterioribus eſt adornata: de quibus bonis loquitur Ariſtoteles circa principium libri de bona fortuna dicens. Sine rebus exterioribus quarum fortuna eſt domina non contingit eſſe felicem: ſed viridis id eſt delectabilis iuuentus eſt illa que bonis nature ē decorata: ſcilicet fortitudine: pulchritudine: et agilitate. Unde Ariſtoteles in ethicis. non omnino felix eſt qui ſpecie turpis aut ſolitarius aut carens prole. Nota ꝙ Boetius repreſentat in ſe ſtatum miſerie cum dicit fata meſti ſenis ſe conſolari: cum minime hominem conſolantur: ſed magis perturbant. etiam cum dicit muſas poeticas ſe conſolari ſimiliter repreſentat ſtatum miſerie: quia muſe poetice non cedent alicui in ſolatium: ſed potius in alimentum doloris. Item de ſignificationibus fati ponit Huguitio duos verſiculos dicens. Conſtellatio mors

> Gloria felicis olim viridiſqꝫ iuuente:
> Solantur meſti nunc mea fata ſenis.



parce reſponſa deorum. Euentus rerum ſignantur nomine fati. Venit enim properata malis. Hic Boetius declarat in ſpeciali defectum corporalem dicens. Bene dico ꝙ fata meſte ſenectutis nunc conſolantur me. enim pro quia ſenectus inopina id eſt inopinata per appocopaꝫ properata id eſt feſtinata venit in malis id eſt cum ſuis malis ⁊ incōmodis ⁊ dolor ſupple quem patior iuſſit ineſſe id eſt induxit mihi ſuam etatem. per qđ innuitur ꝙ non ſolum etas inducit dolorem: ſed econuerſo dolor inducit ⁊ cauſat etatem ⁊ ſenium. Et tunc Boetius ponit duo ſigna ſue ſenectutis dicens. cani ſupple capilli intempeſtiui id eſt ante debitum tempus funduntur in vertice id eſt in capite meo. Aliud ſignum ſenectutis ibi ꝙ cutis mea laxa id eſt ſoluta tremit corpore effeto id eſt carne conſumpta ⁊ euacuata. Nota ꝙ hominem ſenem multa mala ⁊ incommoda circūueniunt. nam pellis eius contrahitur: cor eius concutitur: pulmo eius debilitatur: lumbi eius indurantur: dorſum incuruatur: membra tremunt. Unde poeta dixit. Optamus ſeniuꝫ: dum venerit eſt male ventum. Hoc eſt gilboſum ſurdū cecumqꝫ moroſum. Propter hoc dicit Boetius: ꝙ ſenectus venit mihi cum ſuis malis. Nota circa illam parteꝫ ⁊ dolor etatem: ꝙ triplex eſt cauſa ſenectutis: ſcilicet etas: infirmitas: ⁊ aduerſitas. Senectus que inducitur per etatem naturalis eſt: que auteꝫ inducitur per infirmitatem vel aduerſitateꝫ accidentalis eſt: qualis ſenectus fuit in Boetio: qui ſenuerat propter multitudinem doloris ⁊ triſticie. Notandum ꝙ canicies Boetij fuit intēpeſtiua. Huguitio dicit intempeſtiuum eſt quod eſt incongruum: inconueniens: inutile vel ſine tempore. Unde intempeſtiuum dicitur illud qđ non habet ydoneuꝫ tempus vel quod non eſt conueniens ꝓ tēpore: ⁊ quia Boetius iuuenis erat etate: ⁊ cum ſenuerat ex aduerſitate: iam canicies eius fuit intempeſtiua. Nota ꝙ in iuuenibus cutis eſt denſa propter multitudinem ſanguinis: ex quo ſanguine generatur caro: ſed quia ſanguis diminuitur in ſenibus: diminuitur etiam caro in eis: ideo cutis ſenum eſt laxa. Notandum circa hoc vocabulum effeto ꝙ ipſum tractum eſt a mulieribus pregnantibus: que cum pepererint dicuntur effete id eſt fetu euacuate. vnde dicit Huguitio ꝙ fetus eſt natus mulieris adhuc in vtero exiſtēs. ⁊ dicitur a foueo ues ꝙ ibi foueatur. inde fetus ta. tum. id eſt plenus na. num: inde effetus id eſt debilis quaſi ſine fortitudine virium vel viribus euacuatus: inde fetoſus fetoſa fetoſum id eſt plenus fetu. Unde in pſalmo. Oues eorum fetoſe id eſt plene fetu. ⁊ ſenes poſſunt dici effeti quaſi extra fetum poſiti: quia ſenectus non eſt apta ad generandum fetum. Mors hominum felix. Hic Boetius deplangit ſtatum ſuuꝫ ex parte durationis vite miſerabilis. Et primo premittit que mors hominum ſit felix ⁊ que non. ⁊ dicit ſic. Illa mors eſt felix que nec inſerit id eſt nō immittit ſe dulcibus annis id eſt temporibus proſperis cum delectat hominem viuere. Similiter illa mors eſt felix que ſepe vocata venit: meſtis ſupple annis id eſt triſtibus annis: quia in annis aduerſitatis miſeri conſueuerunt vocare mortem. Tunc oſtendit que mors hominum ſit crudelis dicens, Heu ꝙ ſurda aure id eſt recluſa aure:

> Uēit eiꝫ properata malis iopina ſenectuſ
> Et dolor etatem iuſſit ineſſe ſuam
> Intempeſtiui funduntur vertice cani
> Et tremit effeto corpore laxa cutis.
> Mors hoīꝫ felix que ſe nec dulcibus āniſ
> Inſerit: et meſtis ſepe vocata venit.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſeua mors id eſt crudelis auertitur id eſt ſpernit miſeros homines ⁊ negat id eſt nō vult claudere flentes oculos eorum: quaſi dicat crudelis mors eſt: que non permittit miſeros mori. ⁊ dicit flentes oculos per hoc innuens ꝙ in morte oculi hominum claudūtur: ⁊ tunc Boetius deplangit prolongationem ſue vite dicens. Dum fortuna malefida id eſt perfida mihi faueret id eſt arrideret leuibus id eſt tranſitorijs bonis triſtis hora ſupple mortis pene merſerat id eſt oppreſſerat meū caput: quaſi diceret tēpore proſperitatis ſp̄ accelerauit mors opprimere me: nunc autem quia fortuna nubila id ē aduerſa mutauit fallacem vultū impia id eſt miſera vita protrahit id eſt prolongat moras ſupple viuēdi ingratas id ē odioſas mihi: quia propter miſeriam tedebat ipſum Boetium viuere.

Heu heu ꝙ ſurda miſeros auertitur aure
Et flentes oculos claudere ſeua negat
Dū leuibus malefida boīs fortūa faueret
Pene caput triſtis merſerat hora meū
Nūc qꝛ fallacē mutauit nubila vultum
Protrahit īgratas impia vita moras

Nota ꝙ licet ſecundum vulgares et ſecundum apparentiam hec ſententia de morte felici ⁊ crudeli videtur vera: tamen ſecundum rei veritatem eſt falſa: quia mors etiam tempore proſperitatis poteſt eſſe bona. nā ſecundum Senecam optimum eſt mori cum delectat viuere. ⁊ tempore aduerſitatis poteſt mors eſſe mala: quia aduerſitas ſepe inducit deſperationem. Boetius autem repreſentando ſtatum miſeri hominis hanc ſententiam ponit tanꝙ veram. Notandum ꝙ mors vel comparatur ad vitam preſentem vel futuram. Primo modo illa mors dicitur felix que fugit tempore proſperitatis ⁊ accelerat tempore aduerſitatis. Si autem comparatur mors ad vitam futuram: tunc ipſa poteſt dici bona ⁊ mala tempore proſperitatis ⁊ etiam aduerſitatis: quia ſi mors ducit ad gloriam dicitur bona: ſi ad penam dicitur mala. Notandum ſecundum Remigium ſuper donatum heu aliquando eſt monoſyllabū: aliquando dyſſillabum ſicut metri neceſſitas requirit. vnde in propoſito eſt diſſyllabum dicendo: heu ꝙ ſurda miſeros auertitur aure. Notandum ꝙ hoc verbū auertor quandoq̄ eſt paſſiuum conſtructum cum ablatiuo mediante prepoſitione: vt dicendo auertor a te: ⁊ idem eſt quod remoueor. aliquando eſt verbum deponens conſtructū cum accuſatiuo: vt dicendo auertor te: ⁊ tunc idem eſt quod ſperno te: ⁊ ſic accipitur in propoſito: cū mors auertitur id eſt ſp̄nit miſeros. vnde verſus. In vi paſſiui notat auertor remoueri. Si ſit deponens auertor ſpernere ſignat. Notandum Boetius appellat fortunam malefidam quia eſt deceptiua. vnde Seneca. Neminem aduerſa fortuna comminuit niſi quem fecunda decipit. ⁊ alibi Seneca. Fortuna nemini ſeruat fidē: nulli obeſſe ſemel contenta eſt. quem nimium fouet hunc ſtultum facit. Nota fortune bona dicūtur leuia quia tranſitoria. Non enim perdurat circa hominem ſecundum Senecam. Illud non eſt tuum quod fortuna fecit eſſe tuum. Donum enim quod dare potuit: potuit ⁊ auferre. Notandum ꝙ Boetius appellat fortunam nubilam id eſt obſcuram ſiue cecam. depingebatur enim antiquitus fortuna ceca: quia ex improuiſo accedit ⁊ recedit. vel quia cecum reddit hominem extollendo eum in proſperis ⁊ deprimendo in aduerſis. Notandum ꝙ Boetius dicit fortunam olim circa ſe mutaſſe fallacem vultum: quia fortuna olim depingebatur duplici facie: anteriori alba: poſteriori autem parte nigra. per albam deſignabatur proſperitas: per nigram aduerſitas. mutauit ergo fortuna circa Boetium fallacem vultum proſperitatis: poſtea oſtēdit ei vultum aduerſitatis



Quid me felicem totiens iactaſtis amici. Hic Boetius deplangit ſtatū miſerie ſue apoſtrophando contra amicos dicens. O amici mei quid: id eſt propter quod iactaſtis. i. iactando dixiſtis me totiens felicem. fruſtra enim hoc dixiſtis: quia felicitas mea nō erat ſtabilis. quod patet ex hoc: quia ego cecidi. ⁊ ille qui cecidit de proſperitate in aduerſitatē non erat ſtabili gradu proſperitatis. Notandum duplex eſt felicitas. pollitica que conſiſtit in bonis exterioribus: ⁊ talis non eſt ſtabilis ſicuti nec bōa exteriora. Alia eſt felicitas ſpeculatiua que conſiſtit in actu ſapientie ſcilicet in ſpeculatione ſubſtantiarum ſeparatarū: ⁊ talis felicitas eſt ſtabilis ⁊ immutabilis: cum ſit bonum optimum: pulcherrimū: delectabiliſſimū ex primo ethicoꝝ.

Quid me felicē totiens iactaſtis amici
Qui cecidit ſtabili non erat ille gradu

## Proſa prima primi libri.

Ec dum mecum tacitus ipſe reputarem: querimoniamq̄ lachrymabilem ſtili officio deſignarem: aſtitiſſe mihi ſupra verticem viſa eſt mulier

Proſa prima primi libri. Ec dum mecum tacitus ipſe. Hic incipit proſa prima huius primi in qua Boetius introducit philoſophiam ſuper ſuam miſeriam conſolantem. Ubi nota ꝙ Boetius dolens ⁊ ipſa philoſophia ip̄m conſolans non ſunt aliud niſi animus dolens ex oppreſſione ſenſualitatis: ⁊ ratio conſolans ex vigore ſapientie. ⁊ diuiditur. Primo oſtendit Boetius quomodo phia ſibi apparuit. Secundo quid circa ipſum egerit. ſecunda ibi. Que vbi poeticas muſas. Primo deſcribit apparitionē philoſophie quo ad tempus ⁊ ad locum: ⁊ deſcribit eius diſpoſitionem quo ad vultum: quo ad aſpectū: quo ad colorem ⁊ vigorem: ⁊ quo ad etatem. Secundo deſcribit philoſophiam ꝙtum ad habitum exteriorem. Tertio quo ad ornamenta ⁊ inſignia que manibus geſtabat. ſecunda ibi. Ueſtes erant. tertia ibi. Et dextra quidem. dicit primo. Dum ego Boetius hec que ſupra in metro dixi tacitus mecum reputarem id eſt cogitarem: ⁊ querimoniā lachrymabilem id eſt prouocantē ad lachrymas deſignarē id eſt deſcriberē ſtili officio: viſa eſt mihi mulier aſtitiſſe ſupra verticē. i. ſupra caput admodū. i. valde reuerēdi vultus: oculis ardentibus ⁊ perſpicacibus. i. claris vltra cōmunē valentiam hoīm. i. vltra hoīes: que apparuit in colore viuido. i. delectabili: ⁊ apparuit mihi tanꝙ inexhauſti. i. incōſumpti vigoris: ꝙuis ip̄a foret ita plena eui. i. durationis vt nullo modo noſtre crederetur eſſe etatis. ſtatura eius ambigue id eſt dubie diſcretionis. i. cognitionis: quia nunc. i. aliqñ cohibebat. i. extendebat ſeſe ad cōmunem menſurā hoīm. i. longitudinē: nūc. i. aliquando videbatur pulſare. i. attingere celum cacumine ſummi verticis. i. altitudine capitis: que cum caput altius extuliſſet ip̄m etiam celum ſua longitudine penetrabat. Notandū ꝙ Boetius deſcribit philoſophiam ſibi apparuiſſe ſub ſpecie mulieris: qꝛ philoſophia apud grecos ⁊ ſapientia apud latinos eſt generis feminini. vel ideo quia ſicut mulier infantes lacte nutrit: ſic philoſophia minus perfectos nutrit facilibus doctrinis. vel ideo quia Boetius erat eger: mulier autem magis eſt compaſſiua ⁊ magis abilis ad conſolandum egrum ꝙ vir. Nam ſecundū Salomonem vbi non eſt mulier ibi ingemeſcit eger Notandum ſtare eſt erecto modo ſe habere; ⁊ qꝛ phia erigit hominē ad delectationes

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Reuerendi admoduz vultus oculis ardẽtibus: ⁊ vltra communem hoim valentiã perſpicacibus colore viuido atqz iexhauſti vigoris: q̃uis ita eui plena foret vt nullo modo noſtre crederetur etatis. Statura diſcretionis ambigue. Nã nunc quidẽ ad communem ſeſe hominum menſuram cohibebat. Nunc vero pulſare celuz ſummi verticis cacumine videbatur. Que cũ caput altius extuliſſet: ipſum etiam celuz penetrabat: ſeſe reſpicientiũqz hominum fruſtrabatur intuitus. Veſtes erãt tenuiſ

intellectuales faciens cadere ſenſuales: ideo ipſa deſcribitur ſtetiſſe. Et dicitur ſtetiſſe ſupra verticem: quia philoſophia in anima intellectiua que non habet organum in vertice. Nã aĩa intellectiua nullus organi corporalis eſt actus. Vel dicitur ideo ſtare ſupra verticem: q2 de ſupero cardine elapſa venit: vt dicit Boe. tertia proſa huius primi. Notandum phia dicitur reuerendi vultus: q2 ſuos poſſeſſores reuerendos facit. Nam ſcdm Tullium ſola ſapientia eſt q̃ meretur honores. Item ſcdz Tulliuz reuerentia eſt decẽs ac matura grauitas que habetur p phiam: ergo dicitur reuerendi vultus. Notãduz illud quod eſt ardens eſt penetratiuum: ⁊ quia per rationez ⁊ intellectũ que ſunt oculi philoſophie penetramus intima rerum ⁊ quiditates earum: ideo phia dicitur appariuſſe ardentibus oculis. Et q2 per phiaz ſpeculamur ea q̃ vulgares ⁊ communes nõ ſpeculantur: ideo dicitur habuiſſe oculos perſpicaces vltra communem hominum valentiam. Notanduz color viuidus ẽ color naturalis pulcher ⁊ delectabilis: ⁊ quia philophia in ſe pulcherrima eſt: cum ſit res mirabilis ⁊ diuina ⁊ delectabilis: quia mirabiles afferẽt delectationes: ideo deſcribitur appariuſſe in viuido colore. Item philoſophia apparuit inexhauſti vigoris: quia philoſophia cum ſit perpetua exhauriri non poteſt. vel ideo inexhauſti vigoris: quia quantũcũqz homo cognoſcat de philoſophia: adhuc reſtant plura cognoſcenda: quod patet ex diuerſitate opinionum in philoſophia: quarum vna deſtruit aliam. Item quia phia eſt eterna ⁊ preceſſerat iſtum Boetium: ideo dicit eam non fuiſſe ſue etatis. Notanduz tres ſunt partes philoſophie eſſentiales ex ſexto methaphiſice: naturalis: mathematica: ⁊ diuina. Secũdum naturalem philoſophiam dicitur phia ſe cohibere ad communem menſuraz hominum inquantum tractat de naturalibus: que communiter via ſenſus cognoſcuntur inter que natura hominis eſt ſummum ad quod peruenitur. Dicitur autem philoſophia pulſare celum quo ad mathematicaz. i. quo ad aſtronomiã inquantũ tractat de motibꝰ ⁊ figuris aſtrorũ. Dicitur autẽ penetrare celum quo ad methaphiſicã inquantũ dirigit in cognitionẽ dei ⁊ ſubſtantiarũ ſeparatarũ. Et dicitur phia fruſtrare intuitum hominum reſpicientium: q2 perfectam cognitionem ſubſtantiarum ſeparatarum in hac vita habere non poſſumus. Naz ſicut ſe habet oculus nicticoracis ad lumen ſolis: ſic intellectꝰ noſter ad manifeſtiſſima in natura: ex ſecundo methaphiſice. Veſtes erant tenuiſſimis filis. Hic Boetius deſcribit philoſophiam quantum ad habitum exteriorem. Primo quantum ad materiam veſtium. Secundo quantum ad picturam veſtium. Tertio quãtuz ad violentiam veſtibus illatam: ⁊ legantur partes ſimul. Dicit primo. Veſtes phie erant perfecte tenuiſſimis. i. ſubtiliſſimis filis: ⁊ erant ex ſubtiliſſimi artificio ⁊ ex mate



ſimis filis: ſubtili artificio: idiſſolubili materia perfecte: quas vti poſt eadem prodẽte cognoui ſuis manibus texuerat. Quarum ſpeciẽ veluti fumoſas imagines ſolet caligo quedam neglecte vetuſtatis obduxerat. Harũ in extremo margine. P. grecum. in ſupremo vero. T. legebatur inteſtum. Atqz iter vtraſqz litteras in ſcalarũ modum gradus quidam inſigniti videbãtur: quibus ab iferiore ad ſuperius elemẽtum eſſet aſcenſus. Eãdem tamen veſtẽ violẽtorum quorundam ſciderãt manus: particulas quas quiſqz potuit abſtulerãt.

ria indiſſolubili: quas veſtes ipſa texuerat proprijs manibus: vti pro ſicut ego cognoui eadem philoſophia prodente id eſt reuelante mihi in tertia proſa huius primi: quarum ſupple veſtium ſpeciem id eſt pulchritudinem: quedam caligo id eſt obſcura ignorãtia neglecte vetuſtatis id eſt negligentie veterum obduxerat id eſt obfuſcauerat veluti ſolet ſupple obducere caligo fumoſas imagines id eſt in fumo ſtantes. Tunc oſtendit quid fuerit depictum in veſtibus eius dicẽs. In extremo margine id eſt in inferiori parte harum veſtium legebatur intextum. P. id eſt practica. in ſuperiori parte veſtium erat intextum. T. id eſt theorica quod interpretatur ſpeculatiua: ⁊ inter vtraſqz litteras inter. T. ⁊. P. erãt quidã gradus inſigniti: id eſt impreſſi ad modum ſcalarũ: quibus a gradibus aſcendebatur ab inferiori littera ad ſuperiorẽ. Tunc tangit violentiam veſtibus illatam dicens. Eandez veſtem abſciderãt id eſt lacerauerant manus quorũdam hominum violentoruz ſupple facientium violentiam: ⁊ vnuſquiſqz abſtulerat particulas veſtis quas poterat auferre. Notandũ ꝙ per veſtes philoſophie intelligũtur partes eſſentiales ⁊ artes liberales. Sicut enim corpus veſtibus ornatur: ſic philoſophia ſuis partibus decoratur. Per fila aũt ſubtiliſſima itelligũtur precepta philoſophicalia ſiue propoſitiones philoſophicales. Sicut enim vnum filum in veſtibus ordinatur circa aliud: ſic vna propoſitio iuxta aliam: que propoſitiones dicuntur ſubtiliſſime: quia per eas homo ſubtilia inueſtigat. Dicuntur ⁊ huiuſmodi precepta ſubtili artificio ↄtexta rõe ornatus verborũ ⁊ ſententiarum que in eis inueniũtur. ⁊ ſunt ex materia indiſſolubili: quia licet a quibuſdam exprimantur: tamen in ſeipſis habent veritatez indiſſolubilem. Notandum per manus philoſophie per quas ſuas veſtes texuerat: intelligũtur philoſophi qui precepta philoſophicalia conſcripſerunt. et dicuntur rationabiliter manus philoſophie: quia niſi fuiſſent inſtructi preceptis philoſophicis: ea exprimere minime valuiſſent. Notanduz ꝙ veſtes philoſophie dicũtur fuiſſe obducte quadam caligine: quia tempore Boe. artes ad tantam negligentiam deuenerant: quia pauci eas curabant: ſed Boe. eas tranſtulit et expoſuit ſiue commentatus eſt. Vel ideo veſtes philoſophie fuerũt fumoſe: quia ab antiquis obſcure fuerit tradita philoſophia: ab Empedocle poetice: a Platone enigmatice: ab Ariſtotele ſub verborum obſcuritate. Nota ꝙ due ſunt partes principales philoſophie: ſcilicet practica ⁊ theorica: ideo in veſte philoſophie erant due littere intexte. ſ. P. ⁊. T. P. autez erat in inferiori parte veſtis: ⁊ T. in ſuperiori: per quod innuitur ꝙ practica philoſophia eſt inferior ſpeculatiua ordine dignitatis. Per gradus autem medios qui erant inter vtraſqz litteras intelliguntur

ſcientie eloquentie que ſunt: grāmatica; logica: rhethorica. Notanduz ꝙ dicitur aſcenſiz fuiſſe per gradus a practica ad ſpeculatiuam: per hoc innuitur ꝙ homo primo debet eſſe ſufficienter inſtructus in practicis vt poſt aſcendere valeat contemplatiuis. Notādum quid ſcit ſcindere veſtes philoſophie. illi tantum dicuntur veſtes ſcindere philoſophie qui putant habentes vnam ſcientiam ſe eſſe perfectos philoſophos ſine alijs. Si autem aliqui ſciant vnaz artez ſine alia dummodo ſe cognoſcant non eſſe perfectos philoſophos: tales non ſcindunt veſtes philoſophie. vel illi ſcindunt veſtes philoſophie: qui per extortas expoſitiones trahunt veras propoſitiōes ad ſuas falſas opiniones. Et dextera quidem eius. hic Boetius deſcribit philoſophiam quantum ad inſignia ⁊ ornamēta que manibus geſtabat dicēs. ⁊ dextera manus philoſophie geſtabat libellos. ſiniſtra vero geſtabat id eſt portabat ſceptrum id eſt virgam regalez Notandum ꝙ omnis cura ⁊ intentio viri ſapientis verſatur vel circa contemplationem ſapientie que deſignatur per libellos: vel circa regimen reipublice quod deſignatur per ſceptrum. ⁊ quia contemplatio ſapientie potior eſt ꝙ regimen reipublice: ideo philoſophia dicitur in dextera habere libellos: in ſiniſtra vero ſceptrum. Que vbi poeticas muſas. Poſtꝙ Boetius oſtendit quomodo philoſophia ſibi apparuit: hic oſtendit que circa ipſum egerit. ⁊ primo oſtendit quomodo muſas poeticas fugauit. ſecundo oſtendit quomodo ipſe de hoc obſtupuit. tertio quomodo philoſophia ſibi appropinquans ſtatum eius deplanxit. ſecunda ibi. At ego. tertia ibi. Tum illa. dicit prima. que ſupple philoſophia. vbi pro poſtꝙ vidit poeticas muſas aſſiſtentes noſtro thoro id eſt lecto: quia Boetius tanꝗ eger in lecto decubuit: ⁊ cum vidit muſas dictantes carmina meis fletibus; ipſa philoſophia paulisper id eſt aliquantulum commota: ⁊ inflammata id eſt incenſa: toruis luminib⁹ id eſt crudelibus vel terribilib⁹ oculis īquit. quis permiſit has meretriculas ſcenicas id eſt vmbroſas accedere ad hunc egruz: qui dolores eius nonmodo id eſt non tantum nō fouerent id eſt ſanarent: nullis remedijs id eſt medicamentis: verum pro ſed alerent ſupple dolores eius dulcibus venenis. De ſunt eniz muſe que infructuoſis ſpinis affectuum id eſt paſſionum: necant id eſt ſuffocant vberem id eſt fertilem fructum rationis fructib⁹ id eſt in fructibus ſuis: ⁊ mentes hominuz aſſuefaciunt morbo non liberant. Tunc alloquitur muſas di. O muſe ſi veſtre blandicie detraxiſſent nobis: quam id eſt aliquez virum prophanum id eſt litteratum vti pro tanꝗ: ſolitum id eſt ſimilem vulgo: ego putarem id ferendum id eſt patiendum minus moleſte, quippe in hoc nihil lederentur noſ-

**Et dextera quidem eius libellos: ſceptrū vero ſiniſtra geſtabat. Que vbi poeticas muſas vidit noſtro aſſiſtentes thoro: fletibuſqz meis verba dictātes: commota paulisper ac toruis inflammata lumibus. P. Quis inquit has ſcenicas meretriculas ad hunc egrum permiſit accedere. Que dolores eius non modo vllis fouerent remedijs: verum dulcibus inſuper alerent venenis. He ſunt enim que infructuoſis affectuum ſpinis vberem fructibus rationis ſegetem necant: hominumqz mentes aſſuefaciunt: morbo non liberant. Atſi quem prophanum vti vulgo ſolitū nobis**



ſtre opere id eſt noſtre ſedulitates: ſed vos allexiſtis nobis hunc hominem enutrituz ſtudijs id eſt ſcientijs eleaticis id eſt ariſtotelicis atqꝫ achademicis platonicis. tunc fugat eas dicens. ſed abite id eſt recedite vos ſirenes dulces vſqꝫ in exitium id eſt in mortem: ⁊ relinquite eum curanduz meis muſis id eſt doctrinis ſalutiferis: tūc iſte chorus id eſt turba muſarū increpitus id eſt redargutus meſtior id eſt triſtior exiſtens vultum ſuuz deiecit id eſt inclinauit humi id eſt terre: ⁊ rubore confeſſus verecundiaz triſtis exceſſit id eſt exiuit: limen id eſt domū in qua decubuit Boetius. Notanduz ꝙ ideo muſe poetice dicebantur aſſiſtere thoro Boetij: ꝗa B. ſtuduit metrice dolorem ſuuz conſcribere. Itē philoſophia dicit paulisper cōmota: per quod innuitur ꝙ ira immoderata non debz cadere in viruz ſapientez: quia virtus cōſiſtit in moderatione paſſionuz. vnde licet iraſci ſit homini naturale: tamen iraſci quādo oportet ⁊ vt oportet ⁊ quantuz oportet eſt hominis virtuoſi ⁊ ſapientis. vnde Seneca. Quid crudelius ira. Similiter in de virtutibus cardinalibus. eſto tardus ad iram. Item interrogatio quandoqꝫ fit cauſa ignorantie alicuius: aliquando vt ex reſponſione facta aliquid ꝓbetur: quandoqꝫ fit propter increpationem faciendam. ⁊ hoc vltimo modo philoſophia interrogat di. quis has ſcenicas meretriculas ⁊ cetera. Notandum ꝙ muſe poetice dicuntur meretricule. ſicut enim meretrix allicit hominez delectando nihil vtilitatis ſibi conferendo ⁊ cōmiſcet ſe cuilibet non ex amore: ſed ſpe lucri: ita poete non ſcribunt amore ſcientie: ſed vt aliquid laudis vel premij conſequantur: ⁊ delectant ratione metri modicum vtilitatis conferendo: ſed diuerſas paſſiones inducendo. Appellat autem philoſophia muſas meretriculas ſcenicas: quia carmina poetica in ſcena conſueuerunt pronunciari. Vbi nota ꝙ ſcena dicebatur locus vmbroſus in theatro vbi abſcondebantur perſone pronunciantes carmina tragitia vel comica. Unde ſcena interpretatur vmbratio vel vmbra. vel ideo muſe poetice dicūtur ſcenice id eſt vmbratiles: quia ſunt vmbra ſcientie non vera ſcientia: cum obumbrent mentes hominum. Item metrica deſcriptio doloris non ſanat dolorem; ſed magis auget: quia conſideratio miſerie eſt prouocatiua triſticie. vnuſquiſqꝫ autem cum diligentia conſiderat quod ſcribere vult. Itē metrica deſcriptio dicitur eſſe dulce venenum: quia placet ⁊ nocet. ratione metri placet: ſed propter recordationem doloris nocet. Item affectus eſt vehemens animi paſſio animum torquens; ⁊ verum iudicium rationis impediens. ⁊ ſunt quattuor affectus animi: gaudium; dolor: ſpes ⁊ timor: qui dicuntur infructuoſe ſpine: quia ſuffocant ſegetem rationis que eſt ſcientia ⁊ virtus. Item licet de omni errore dolendum ſit: potius tamen de errore ſapientis ꝙ inſipientis. nā error ſapientis alios exemplo corrumpit: error autem inſipientis non: quia ab inſipiente non trahitur exemplum. propter quod dixit Saluſtius, omnia mala exempla a

**blanditie veſtre detraherent minus moleſte ferendum putarez. Nihil quippe in eo noſtre opere lederentur. Hunc vero eleaticis atqz achademicis ſtudijs enutrituz: ſed abite potius ſirenes vſqz in exitiū dulces: meiſqz eum muſis curandum ſanandumqz relinquite. B. His ille chorus increpitus deiecit humi meſtior vultum: confeſſuſqz rubore verecundiaz limen triſtis excessit. At ego cuius acies lachrymis mer**



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rebus bonis orta ſunt. Ergo dicit philoſophia magis dolendum de errore Boe. ꝙ alterius prophani. Item ſecundum Huguitionem phanum idem eſt quod templuȝ. Inde prophanus id eſt ſacrilegus quaſi procul a phano id eſt a tēplo. Prophanum etiam dicitur quicquid non eſt ſacrum. vnde omnes laici ⁊ illitterati dicūtur prophani quaſi procul a phano ſapientie. Itē ſecundū Huguitionē opera opere eſt ſedulitas in rebus agendis. opera autem philoſophie eſt intentio vel labor ad aliq̄d philoſophicuȝ addiſcēdum. Iteȝ eleys eſt ciuitas grecie in qua ſtuduit Ariſtoteles. vnde ſtudia ſua dicuntur eleatica. Achademia autem fuit ciuitas vel villa in qua ſtuduit Plato. vnde ſtudia ſua dicuntur achademica. Vtriſq; auteȝ ſtudijs Boetius fuit enutritus. Item philoſophia muſas appellat ſirenes. ſicut enim ſirenes dulcedine cantus attrabunt naues periclitando eas: ſic muſe delectatione metri alliciunt homines vel mentes hominuȝ ⁊ rationem aliquo affectu ſubmergunt ⁊ obſcurant. Item ꝙ vna philoſophia conuētum muſarum expulſit ſignat: ꝙ vnus ſapiens ſua virtute ⁊ ſapientia infinitos errores ſtultorum extinguit. At ego cuius acies. hic Boetius oſtendit quomodo obſtupuit de actu philoſophie dicēs. At ego Boetius cuius acies id ē viſio merſa: lachrymis caligarat id eſt obſcurata fuerat: vt nec poſſem dignoſcere id eſt inueſtigare: quenaȝ id eſt que eſſet hec mulier: iam imperioſe auctoritatis id eſt potētie: ego obſtupui id eſt miratus fui: ⁊ defixo id eſt inclinato viſu in terram: tacitus cepi expectare quidnam deinceps id eſt conſequenter eſſet actura circa me. Notandum quia Boetius doluit de amiſſione rerum temporalium: eius acies id eſt ratio ⁊ intellectus: caligarat id eſt ꝙ non potuit cognoſcere philoſophiam. Nota ꝙ licet Boetius de actu philoſophie obſtupuit: tamen tacitus expectauit quid deinceps facere vellet: per hoc innuens ſe eſſe talem qui conſolationem acciperet. qui enim refutant alios audire: nec audita ratione acquieſcunt: tales ſibypſis obſtaculuȝ conſolationis faciunt. Tū illa propius accedēs. Hic Boetius oſtēdit quō philoſophia ſibi appropinquans ſtatuȝ eius deplanxit di. Tum illa phia accedens propius conſedit in extrema parte lectuli id eſt cordis mei: ⁊ intuens vultū meū grauem. i. grauatum luctu: atq; deiectū. i. inclinatum: in humū id eſt in terraȝ: merore. i. triſticia: cōqueſta eſt his verſibus ſequētibus de perturbatione noſtre mentis. Nota ꝙ phia dicitur ſediſſe i extrema parte lectuli id eſt cordis Boe. Nam cum eſſet in triſticia ⁊ dolore propter amiſſionem rerum temporalium: parū vel nihil ſapientie habebat: ⁊ quia tota cura eius erat circa terrena amiſſa: ideo dicitur habuiſſe vultum merore deiectum in humum.

ſa caligarat: vt nec dinoſcere poſſem quenam hec eſſet mulier taȝ imperioſe auctoritatis obſtupui: viſuq; in terram defixo quidnam deinceps eſſet actura expectare tacitus cepi. Tum illa propius accedens in extrema lectuli mei parte conſedit: meumq; intuens vultum: luctu grauem atq; in humum merore deiectuȝ: his verſibus de noſtre mentis perturbatione conqueſta eſt.

## Metrum ſecundum primi libri.



### Metrum ſecundum primi libri.

b Eu ꝙ precipiti merſa profundo. Hic incipit metrum ſecundum huius primi quod vocatur metrum dactilicum a pede predominante. et dicitur tetrametrum a numero pedū: a thetra quod eſt quattuor: quia quattuor pedes continet: ⁊ dicitur ypercathalecticuȝ propter ſyllabaȝ abundantem poſt duos pedes in medio verſus. Verbi gratia. Primus pes eſt heu ꝙ. ſecundus precipiti: ſed ſyllaba ti huius nominis precipiti ſuperabundat. tertius ē merſa pro. quartus fundo. ſimiliter eſt in alijs. In hoc ergo metro philoſophia deplāgit ſtatum Boe. dolendo de perturbatiōe ſue mentis: ⁊ facit duo. primo vniuerſaliter phia deplangit perturbatōȝ mentis hominum. ſecundo ſpecialiter conuertit planctum ſuum ſuper Boetium ibi. hic quondam. primo dicit. Heu ꝙ id eſt quantuȝ: mens hominum hebet id eſt obſcuratur: merſa precipiti profundo id eſt cura rerum temporalium que precipitāt hominem: ⁊ talis mens relicta propria luce id eſt contemplatione: tendit id eſt laborat: ire in tenebras externas id eſt in ignorantias exteriores. hoc autem contingit homini quotiēs ſupple mens: acta id eſt agitata: terrenis flatibus id eſt proſperitatibus vel euentibus: cura id eſt ſolicitudo rerum temporalium: noxia id eſt nociua: creſcit in immenſum id eſt ſupra modum. Nota ꝙ in nobis eſt duplex virtus: rationalis ⁊ ſenſualis. ſenſus auteȝ ſemper aduerſatur rationi: quia caro concupiſcit aduerſus ſpiritū: ⁊ ſpiritus aduerſus carnem. cum autem ſenſualitas vincit rationem: tunc homo eſt in malo ſtatu regiminis: ⁊ efficitur beſtialis. vnde Albertus ſuper tertio de anima dicit. turpe eſt nobis abiicere regimen ſuperioris: ⁊ inducere regimen inferioris virtutis quod nobis commune eſt cum beſtijs. Ideo ſcribitur tertio ethicoruȝ in antiqua trāſlatione. valde conanduȝ ⁊ laborandum eſt nobis vt virtus noſtra cōcupiſcibilis ſubiecta ſit rationi. quemadmodum enim pueri peruerſe viuunt ſi non a ſuis pedagogis fuerint coacti ad recte viuendum: ſic appetitus ſenſualis ducit nos ad inſolentiā: niſi regula rationis fuerit coartatus. plures autem homines ſequuntur ſenſualitateȝ ꝙ rationē inſudantes bonis exterioribus ⁊ delectatōnibus ſenſualibus per que impediūtur in ſpeculatōe ⁊ cognitōe ſummi boni: iō phia hoc deplāgēs dicit i metro. heu ꝙ p̄cipiti. Itē cū aīa ingerit ſe curis rex tpaliū pfunde p̄cipitat ⁊ hebet: quia a cognitione rerum ⁊ ſui creatoris deſtituit: ⁊ deſtituta cadit in tenebras externas. i. in ignorantias exteriores. Vbi nota ꝙ duplex eſt ignorantia. quedā naturalis que eſt in iuuenibus ⁊ decrepitis ⁊ vocatur ignorātia interna: quia ex naturali defectu cōtingit. alia eſt ignorantia que cauſat ex negligētia hoīs: quando ſolicitat circa exteriora. ⁊ talis dicit externa: quia eſt extra naturā de qua dicit ꝙ oīs hoīes naturaliter ſcire deſiderāt. Prima ignorātia cuȝ ſit naturalis nō eſt vicioſa: quia turpes a natura nemo increpat neq; bonos laudat. Secūda eſt viccioſa cū ſit p hoīs negligentiā: de qua loquit Boetius ſecūdo huius pſa. v. Ceteris animātibus ſeſe ignorare natura eſt: hoībus vero vicio venit. Itē dicit noxia cura. vñ Sene. in puerbijs. Magnā ptē perturbatōnis ſibi dedit qui exterioribus ſe iniecit. Itē ratio ⁊ intellectus dicūtur lux hoīs: quia illumināt hoīeȝ ad

Eu ꝙ precipiti merſa profundo.
Mēs hebet et propria luce relicta
Tendit in externas ire tenebras.
Terrenis quotiens flatibus acta.
Creſcit in immenſum noxia cura.
Hic quondam celo liber aperto:

cognitionem creature ⁊ creatoris. dicuntur autem propria lux hominis: quia ſolum genus hominum viuit arte ⁊ ratione: ex prohemio methaphiſice. Hic quondam celo liber aperto. hic philoſophia ſpecialiter conuertit ſe ad deplangenduz Boe. ⁊ primo oſtendit quanta contēplatione Boe. quondam viguit. ſecundo oſtēdit quomodo deſtitutus a tali contemplatione ſoluz de terrenis cogitabat ibi. Nunc iacet effeto.

Sueetus in ethereos ire meatus:
Cernebat roſei lumina ſolis
Viſebat gelide ſydera lune
Et quecunqz vagos ſtella recurſus
Excreet varios flexa per orbes
Comprehenſaz numeris victor habebat
Qin etiam cauſas vnde ſonora
Flamina ſolicitant equora ponthi

Primo philoſophia cōmendat Boe. ab aſtronomia ſecundo a naturali philoſophia. tertio a methaphiſica. ſecūda ibi. Quinēt ⁊ cauſas. tertia ibi. Quis voluit ſtabilez. Primo di. Boe. quondam liber. i. ſolutus a cura reruz temporalium celo ſibi aperto p cognitionem ſuetus fuit ire per rationez in ethereos meat⁹. i. i mot⁹ corporum celeſtium: ⁊ ipſe cernebat. i. ſpeculabatur lumina. i. radios roſei ſolis: viſebat. i. cū deſiderio videbat: ſydera. i. cōſtellationes gelide. i. frigide lune: ⁊ ipſe Boe. victor ignorantie habebat omnem ſtellam cōprehenſam numeris. i. certis cōputationib⁹ quecūqz ſtella erratica exercet. i. operat vagos. i. varios recurſus: nūc pgrediēdo nunc regrediēdo: ſtella inqꝫ flexa id eſt mota p varios orbes. i. circulos. Nota ꝙ animo liberato a curis exterioribus conceſſum eſt philoſophari: ideo quedaz artes dicūtur liberales: quia filij eoꝝ. i. nobiliū qui erant liberati a curis tempalibus talibus artibus vacabant: ideo dicit phia ꝙ Boe. quondā liber ⁊ cet. Nota ꝙ dicit celo aperto. licet hō planetas celi corporaliter nō attingat: tamen ſpeculatione cōprehendit. hoc pulchre tangit Hermogiſtus dicens. Magnum miraculum eſt hō ⁊ animal honorandum: hic anima intellectiua in naturam dei tranſit quaſi ipſe deus ſit: hic p naturam anime dijs eſt cōiunctus: hic demonum genus nouit: terrā colit: elementis cōmiſcetur: acumine mentis in maris pfunda deſcendit: celum quod videtur altiſſimuz animi ſagacitate metitur: intentionem animi eius nulla aeris caligo cōfundit: nec terre denſitas eius operationem impedit: nō aque profunditas aſpectū eius obtundit. Nota ꝙ ſol in ortu ſuo appet roſeus pter vapores interpoſitos inter viſuz noſtrum ⁊ ſolem. nā albū viſum p fumū appet rubeū. Etiā licet in meridie vapores ſint iterpoſiti: nō tū appet tūc roſeus: eo ꝙ illi vapores nō ſunt groſſi: ſed ſubtiliati calore ſolis.

Nota phia dicit lunā eſſe gelidā. qđ nō eſt intelligenduz formaliter: quia prime qualitates que ſunt: calidū: frigidū: humidū: ſiccū: nō habent locū in corporib⁹ celeſtib⁹ cū non recipiant pegrinas ipreſſiones: ſed dicit luna gelida virtualiter vel effectiue: qꝛ frigus ⁊ etiā humores efficit in inferiorib⁹ pter qđ noctes quib⁹ luna preeſt ſunt gelidiores ⁊ hūidiores magis dieb⁹. No. ꝙ planete dicūtur habere vagos recurſus qꝛ mouētur duplici motu. i. primi mobilis ab oriēte in occidētem: ⁊ pprio motu ab occidēte in oriētez. vel ideo qꝛ qñqꝫ apparent nobis ſtationarij: qñqꝫ retrogradi: qñqꝫ ppinqui: qñqꝫ aliqualter remoti. Nota ꝙ ſtella erratica dicit flexa. i. mota p varios orbes circuloꝝ. ſ. deferētis ⁊ epiciclí: rōne quoꝝ circuloꝝ nūc dicūtur pgreſſiui: nunc



retrogradi: nūc ſtationarij vt dictuz eſt: ⁊ habet videri in theorica planetaꝝ vel aſtronomia. Quinetiam cauſas. Hic cōmendat euz ex parte naturalis philoſophie di. Quinetiaz pro certo. Boe. ſolitus fuit rimari id eſt inquirere cauſas: vnde. i. propter quas cauſas: ſonora flamina. i. ſonoroſi venti: ſolicitent. i. perturbent: equora. i. planiciē: pōti. i. maris: quaſi diceret. Boetius ſciuit cauſas generationis ventorū qui cōmouent ipm mare.

Quis voluat ſtabilem ſpiritus orbem
Vel cur heſperias ſydus in vndas
Caſurum rutilo ſurgat ab ortu.
Quis veris placidas temperet horas.
Vt terras roſeis floribus ornet.
Quis dedit vt pleno fertilis anno
Autumnus grauidis influat vuis
Rimari ſolitus: atqz latentis

Nota ꝙ ex libro metheororuz patet ꝙ vētus generat ex vapore calido ⁊ ſicco eleuato per calorem ſolis: qui perueniens ad locuz nubium frigiditate nubis repcutitur ⁊ repercuſſus fertur in latus: ⁊ facit ſonuz impellendo aerem. ⁊ quia aqua faciliter eſt diuiſibilis: de facili cedit ⁊ reuerberatur per vētos. vel aliter poteſt intelligi. Antiqui enim dixerunt: ꝙ ideo venti turbant mare: quia in ipſo mari generantur venti qui non exeunt: ſed faciunt fluxum maris. licet hec opinio non ſit vera: quia mare fluit ⁊ refluit tempore determinato ſicut bis in die naturali: venti autem generantur tēpore indeterminato. Quis voluat ſtabilem. Hic philoſophia cōmendat Boe. a methaphiſica ⁊ iterato a naturali philoſophia dicens. Boe. etiam ſolitus fuit rimari qs ſpiritus id eſt intelligentia: voluat motu diurno ſtabilem orbem firmamenti. vel etiaz cur ſydus ſolis vel aliud habens ortum ⁊ occaſum caſuruz in heſperias vndas id eſt in aquas maris occidētalis: ſurgat id eſt iteruz oriatur ab ortu: rutilo id eſt ab oriēte ſplendido. q. d. Boe. ſolitus erat inquirere cur ſtelle que in occidēte videntur occidere iterū reſurgāt in oriente. etiā ſolitus erat rimari: quis temperet placidas horas veris. i. tempis vernalis: vt ornet terrā roſeis floribus. Quis dedit id eſt ordinauit vt autūnus fertilis anno: pleno. i. fecūdo: influat. i. influentiā faciat: grauidis vuis. i. botris repletis. etiā erat ſolitus reddere. i. aſſignare varias cās: latētis nature. i. rerum naturaliuz. Nota omne quod mouetur ab alio mouetur: ex ſeptimo phiſicoꝝ: ergo celū ab alio mouetur. Mouetur aūt celū a duplici motore per cōmentatorē. xij. methaphiſice. ab vno cōiuncto ⁊ appropriato qui vocatur intelligētia a quo mouetur effectiue. ab alio motore ſeparato qui eſt deus a quo mouetur in rōne finis. Itē dicit orbez celeſtez eſſe ſtabilem. licet eīm moueatur ⁊ mutet locū ſecundū partes: nō tamē ſcdm totū: ⁊ qntū ad hoc dicit eſſe ſtabilis. i. immobilis. Itē cauſa quare ſtelle que occidūt iterū oriātur non eſt alia niſi motus circularis primi mobilis qui ſecū rapit omnes ſtellas taz fixas ꝙ erraticas. Itē heſperus eſt ſtella que de veſpere ſequit ſolē occidentez: a qua ſtella mare occidētale dicitur heſpericū mare: eo ꝙ ſol ⁊ heſperus ibi ſe mergāt: nō ꝙ ita ſit: ſed qꝛ vulgares ſic opinant. cū eīz ſtelle occidūt: propter interpoſitōem maris inter viſuz ⁊ ſtellas vident ſtelle mergi in mare. Itez tēpus vernale dr placidū: qꝛ eſt cōueniens vite hois. Eſt eīm tps veris calidū ⁊ humidū in quibus cōſiſtit vita: ex libro de morte ⁊ vita. Et iō illo tpe producūt flores. Nā materia florū aqueū ē humidū ſubtile hū coctū a calido aereo. qꝛ igit in vere dñatur calidū aereū ⁊

humidũ aqueũ ſubtile quod parua indiget digeſtione: ideo in vere cuius calor tempe ratus eſt flores producuntur. Item vitis multum abundat de humido aqueo ⁊ groſ ſo. cuius ſignum eſt: quia tempore putationis diſtillat ab eis quaſi humidũ lachryma bile. tale autem humidum groſſum multum reſiſtit digeſtioni: ideo vue ad maturita tem tarde proueniunt. ſ. tempore autumni. Item Boetius cõſueuit reddere cauſas la tentes rerum naturalium quod fuit indicium felici tatis. Nã ſecunduȝ Virgi liuȝ. Felix q̃ potuit rex co gnoſcere cauſas. Nunc ia cet effeto. hic oſtẽdit phi loſophia quõ Boe. cõſtitu tus predicta ſpeculatiõe de terrenis. cogitabat di cens. Nũc id eſt tpe dolo ris: Boeti⁹ iacet id eſt p ſtratus eſt; effeto. i. euacu ato: lumine id eſt ſpecula tione mẽtis: ⁊ ipſe preſſus colla. i. ſecunduȝ colla gra uidis cathenis paſſionuȝ que mẽtẽ grauãt: gerẽſq; decliuum vultum id eſt in clinatum, põdere amiſſio nis rerum temporalium: heu cogitur cernere ſtolidam terram id eſt bona terrena: que homines ſtolidos efficiunt. Nota cathena eſt ferreum inſtrumentũ quo aliquid cõ tra ſuam naturaȝ detinetur. Quattuor autẽ affectus qui ſunt: gaudiũ ſpes: timor: do lor: ſimilitudinarie dicũtur cathene: q2 animum hois detinent: ⁊ contra ſuã naturam ⁊ rationem ad illicita trahũt. nam ratio ſemp deprecatur ad optia: ex primo ethicorũ Et propterea Boe. in fine huius primi hortatur fugã paſſionum ibi. tu quoq; ſi vis. Item nota non eſt eſtimandũ q Boe. ſic eſſet ita euacuatus lumine mentis ſicut litte ra ſonat: q2 alias fuiſſet inſufficiẽs pro cõpoſitione huius libri: ſed phia loquitur hoc cõpaſſiue. Ille enĩ ẽ mer⁹ ſtultus q̃ inclinat ſe ad terrena diligẽdo ipa ⁊ nõ eleuãdo in tellectũ ſuũ ad ſpeculabilia: qualis ñ fuit Boe. vñ dicit Augu. Tales ſũt hoies qualia ſũt ea q̃ diligũt; q2 dilectio trãſmutat diligẽteȝ in ſimilitudiẽ rei quã diligit. hec Mar quardus.

Nature varias reddere cauſas.
Nunc iacet effeto lumine mentis:
Et preſſus grauibus colla cathenis.
Decliuemq; gerens pondere vultum:
Cogitur heu ſtolidam cernere terram.

Proſa ſecunda primi libri.

Ed medicine ĩquit potius tempus eſt q̃ querele. B. Cum vero totis ĩ me intenta luminibus. P. Tu es ne ille

Proſa ſecunda primi libri.

Ed medicine inquit potius. Hic incipit ſecunda pſa hui⁹ primi in qua phia inueſtigat morbũ Boe. ex quibuſdã ſignis. ſecũdo cõſolatur ipſum ne deſpet ſecũda ibi. Cũq; me nõ. Primo dicit phia. O Boe. ego poſſem multa cõqueri de pturbatione mẽtis tue: ſed nũc poti⁹ medicine temp⁹ ẽ q̃ querele. vero pro ſed. tum i. tũc: mulier illa ĩtenta in me totis luminib⁹. i. oculis ait. es tu ne ille qui quondã tpe iuuentutis nutritus: noſtro lacte. i. facilibus documẽtis in etate aũt perfectã: educa tus. i. nutritus: noſtris alimẽtis. i. doctrinis difficiliorib⁹: tu euaſeras. i. perueneras: ĩ robur. i. in fortitudinem virilis animi. atqui pro certo nos contuleramus tibi arma ta lia. i. documẽta: que niſi prius abieciſſes per obliuioneȝ: ipa tuerẽtur te inuicta firmi tate. dicit phia. agnoſcis ne me. q̃d taces. ſiluiſti ne pudore. i. verecũdia: an ſtupore



id eſt mentis alienatione: ego malleȝ id eſt magis vellem te ſiluiſſe pudore: ſed vt ego video ſtupor oppreſſit te. Nota q philoſophia in deplãgendo Boetium non facit longaȝ moraȝ: ne Boetius deſperet ſuper infirmitate ſua: ergo dicit philoſophia ma gis eſſe tempus medicine q̃ querele. Item boni medici eſt totis oculis diligenter reſ picere faciem infirmi; eo q in facie magis apparent ſigna prenoſticationis infirmita tis: ideo philoſophia di citur eſſe intuita Boetiuȝ totis luminibus. Iteȝ p arma philoſophie intelli guntur precepta philoſo phicalia: que perſuadent minime extolli iñ proſpe ris nec deprimi in aduer ſis. hortatur eĩm nos phi loſophia ad magnanimi tatem. magnanimus au tem eſt qui contra diffor mes inſultus fortune vna nimi mẽtis cõſtantia mi litat. De his ⁊ ſimilibus preceptis philoſophicis Boe. oblitus fuit propter dolorem. Nota taciturnitas quandoq; prouenit ex pudore: quandoq; ex ſtupore. quando eiȝ manifeſtatur alicui aliquid qd̃ vellet celari: ipſe efficitur verecundus: ⁊ oculi eius de primuntur: facies eius ruber ⁊ auertitur: ⁊ lingua eius in loquẽdo ligatur. Nota q ſtupor vno modo eſt abundans ammiratio mentis: vt ibi. papa ſtupor mundi. Alio modo eſt mentis alienatio: ⁊ ſic accipitur in propoſito: ⁊ inducit taciturnitatem. ex quo enim motus lingue eſt ſecundum conformitateȝ ad fantaſiaȝ turbatur fantaſia: ſicut contingit in alienatione mentis prepeditur lingua in loquendo: ergo dicit philo ſophia pudore an ſtupore ſiluiſti. ⁊ quia taciturnitas proueniens ex ſtupore deterior eſt q̃ que cauſatur ex pudore: cum ipſa cauſetur ex aliquo defectu interiori: ideo dicit philoſophia mallem pudore ſiluiſſes. Nota ſcd̃m Huguitionẽ pudor eſt corporis: ſed pudicitia eſt mentis. Eſt autem pudor verecundia ex aliquo caſu innata: nõ auferẽs memoriam: ſed impediens linguam. Stupor autem eſt caſus memoriam auferens ⁊ linguã ĩpediens. ⁊ peius eſt tacere ſtupore q̃ pudore: q2 melius eſt memoriã retinendo non loqui: q̃ loqui ⁊ memoria carere. Nota philoſophia dicit Boetiũ habuiſſe nu tritum ſuo lacte. per nutrimentũ lactis intelligitur triuiuȝ: ſcȝ grãmatica: logica: ⁊ re thorica: q̇bus iuuenes ſunt ſeriatim informãdi tanq̃ facilibus documẽtis: ſicut puer lacte nutrimento molli ⁊ facilis digeſtionis nutritur. Sed per hoc quod dicit virilis animi robur euaſeras: ſcȝ ad ſcientiam mathematicam ⁊c̃. qua tanq̃ per ſcientiã ma gis ſubtilem homo perfecte etatis efficitur. Nota philoſophia contulit Boetio ar ma nõ corpalia ſed ſpiritualia: ſicut ſunt virtutes intellectuales: quas enumerat Ari ſtoteles. vi. ethicorum. ⁊ ſunt illa intellectus: ſapientia: ſcientia: ars ⁊ prudentia. Et ſimiliter virtutes cardinales q̃ ſunt quattuor: ſcȝ prudentia: iuſticia: tẽperantia ⁊ for titudo. Et dicuntur cardinales: q2 quãdã principalitatẽ ſibi vendicãt. ſ. materiã cir ca quã habẽt fieri. Illa eĩm arma abiecit Boe. quando tpalib⁹ adheſit: appetitui ſen ſitiuo ãnuẽs: ⁊ ab attentõne celeſtiũ ſequeſtratus. Et de iſtis armis dicit apoſtolus. Abiicite ergo opera tenebrarũ: ⁊ induimini arma lucis: ſic vt in die honeſte ambule mus.

ait: qui noſtro quondã lacte nutritus: no ſtris educatus alimẽtis in virilis animi ro bur euaſeras. At qui talia cõtuleramus ar ma: que niſi prius abieciſſes: inuicta te fir mitate tuerentur. Agnoſcis ne me. Quid taces. Pudore an ſtupore ſiluiſti: Mallem pudore: ſed te vt video ſtupor oppreſſit. B. Cũq; nonmodo tacitũ: ſed

Cũq; nõ mõ tacitũ. Hic philoſophia conſolatur Boe. ne deſperet dicens. Cũ



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

philoſophia vidiſſet me: non modo id eſt non tantum tacitum: ſed prorſus id eſt tota taliter elinguem: ꝙ pro et mutuʒ: ipſa admouit id eſt oppoſuit pectori meo leuiter manum: ⁊ inquit id eſt dixit. nihil periculi eſt circa hunc hominem: ipſe patitur letargum id eſt morbum obliuionis: morbum inꝙ communem: mentium illuſarū id eſt decepta rum: ⁊ ipſe pauliſper id eſt modicum eſt oblitus ſui: ſed facile ſui recordabitur: ſiqui deʒ pro certo cognouerit nos philoſophiā: ante id eſt prius: qđ vt ipſe poſſit facere: tergamus lumina id eſt oculos eius: caligan tia nube id eſt obſcurita te: rerum mortalium id eſt temporaliū. hec dixit phi loſophia: ⁊ veſte ſua con tracta id eſt conuoluta in rugaʒ ſiccauit oculos me os fletibus iundantes id eſt humectantes. Nota ꝙ tacitus eſt ille qui non loquit: licet habeat pote ſtatem lingue ad loquen dum. ſed elinguis vel mu tus dicitur ille qui non ſo lum non loquitur: ſed nō habet poteſtatem lingue

elinguem prorſus me mutumqʒ vidiſſet: admouit pectori meo leuiter manum. Philoſophia. Et nihil inquit periculi eſt letargum patitur: communem illuſarum mentium morbuʒ. Qui pauliſper oblitus eſt. Recordabitur facile ſui: ſiquidem nos ante cognouerit. Quod vt poſſit agno ſcere: pauliſper lumina eius mortalium re ruʒ nube caligantia tergamus. Boetius hec dixit. Oculoſqʒ meos fletibus inun dantes contracta ī rugam ueſte ſiccauit.

ad loquendum: ⁊ talis fuit Boetius propter ſtuporem id eſt mētis alienationem. No ta ꝙ philoſoph a innuens ſe eſſe bonam medicam conſolatur Boetium dicens. nihil periculi eſt in homine iſto: quia ſecundum Senecam in libro de clementia ad Nero nem. Mali medici eſt deſperare ne curetur eger. Nota ꝙ letargia ē infirmitas cau ſata ex oppreſſione cerebri cum obliuione: ⁊ iungitur continuo ſomno: ⁊ ſic letargus eſt morbus inducens obliuionem et ſomnuʒ. Inde letargicus ⁊ eſt homo qui patitur talem morbum. ⁊ dicitur a letes quod interpretatur obliuio. Etiā letes ē fluuius infer nalis. Boetius ergo patiebatur: letargum id eſt morbuʒ obliuionis: quia ſi precepta philoſophie in memoria habuiſſet: nunꝙ de amiſſione rerum temporalium doluiſſet. Item dicit letargum eſſe morbum illuſarum mentium: quia mens illuſa eſt vbi ratio eſt ligata propter defectum fantaſie: ſicut in frenecticis: vel propter defectum memo rie ſicut in letargicis. Notandum homo componitur ex anima immortali ⁊ corpo re mortali. Sʒ quia Boe. oblitus fuit honoꝝ aie: ideo dicitur fuiſſe ſui oblitus nō to taliter ſed pauliſper: quia adhuc curam habuit de bonis terrenis que reſpiciunt cor pus. Item homo per phiam habet ſuiipſius pfectaʒ cognitioneʒ. Ad cognoſcenduʒ autem illud quod per philoſophiam cognoſcitur: oportetꝗ primo philoſophiam co gnoſcere: ideo dicit philoſophia recordabitur ſui facile ſi nos prius cognouerit. Iteʒ per veſtes philoſophie in rugam contractas intelliguntur precepta philoſophicalia in vnum volumen congregata: ſicut in illo libro quibus ipſa philoſophia Boetiū con ſolatur. Nota ꝙ ad medicum infirmum curare volentem plures requiruntur con ditiones. Primo vt qualitates et conditiones reſpiciat: et vt humores nocentes co gnoſcat. Secundo ad loquendum cuʒ moueat. Tertio ſi pre valida egritudine obmu





teſcat vt manum corpori infirmi adhibeat. Quarto vt eum verbis conſolatorijs refi ciat. ſic philoſophia videns dolores Boetij. primo eum inſpexit. ſecundo ad loquen dū mouit. tertio manū ſuā corpori appoſuit. ⁊ q̄rto v̄bis cōſolatorijs reficit.

Metrum tertium primi libri.

Tunc me diſcuſſa. Hic incipit tertium metrum huius primi libri cuius pri mus verſus vocatur me trum dactilicū exametrū. ſecundus dicitur metrum alemanicum ab inuento re. tetrametruʒ a numero pedum. dactilicū a pede pdominante. ⁊ catbalecti cū: q: nulla ſyllaba abun dat nec dficit. In hoc me tro Boetius declarat per quoddam ſimile quomo do remotis īpedimentis vigorem cognitionis re cuperauit. ⁊ eſt talis ſimi litudo. Sicut choro flāte nubes generantur: ⁊ per interpoſitionem nubium ſol ⁊ alia aſtra nobis oc cultantur: ſic aduerſitate

## Metrum tertium primi libri.

Tunc me diſcuſſa liq̄rūt nocte tēbre.
Luminibuſqʒ prior rediit vigor.
Ut cū precipiti glomerātur ſydera choro
Nimboſiſqʒ polus ſtetit imbribus.
Sol latet ac nōdū celo veniētibus aſtris.
Deſuper in terram nox funditur.
Hanc ſi traicio boreas emiſſus ab antro.
Verberet: ⁊ clauſum reſeret diem.
Emicat: ſubito vibratus lumie phebus.

imminente homo afficitur diuerſis paſſionibus obſcurantibus intellectuʒ. ⁊ ſicut au ſtro flante nubes diſſoluuntur ⁊ radij ſolares reuertuntur: ſic aduerſitate adueniente cōſolatione philoſophica paſſiones ſedantur ⁊ intellectus illuminatur. Dicit ergo in littera. Tunc cuʒ philoſophia terſit oculos meos tenebre liquerunt me diſcuſſa nocte id eſt obſcuritate: ⁊ prior vigor cognitionis redijt luminibus meis id ē oculis: vt pro ſicut: ſol latet id eſt occultatur: cum id eſt quando: ſydera id eſt ſtelle: glomerantur id eſt inuoluuntur: precipiti choro id eſt tali vento: ⁊ polus id eſt celum: ſtetit id eſt ſtare videtur: nimboſis imbribus id eſt pluuijs nubiloſis: ac pro etiam: nox id eſt obſcu ritas: funditur deſuper id eſt de nubibus in terram: nondum id eſt non adhuc: aſtris id eſt ſtellis: venientibꝫ. i. apparentibus in celo. Si boreas emiſſus a traitio antro id eſt traitie regionis: verberet id eſt depellat: hanc noctem id eſt obſcuritatem ⁊ reſeret clauſum diem: tunc phebus id eſt ſol: emicat id eſt lucet: ⁊ vibratus id eſt fortificatus lumine ſuo: ferit id eſt percutit. oculos hoim: mirantes ſubito: lumine ſolis poſt tene bras. Nota philoſophia trahit hominē ab obſcuritate ignorantie ad lucem ſapien tie: ex libro de pomo Ariſtotelis: ⁊ etiaʒ per metriſtam. Ars hominem firmat: nec ſi nit eſſe malum. Et ergo cum philoſophia ſiccaſſet oculos Boetij fugatis tenebris i gnorātie redijt vigor intelligentie. Nota quattuor ſunt venti principales qui flant a quattuor partibus mundi. ſcilicet ab oriente: occidente: ſeptentrione: ⁊ meridie. quo ruʒ quilibet habet duos collaterales: ⁊ ſic ſunt duodecim venti quibꝫ verſibꝫ cōtinē tur. Flant ſubſolanus vulturnus ⁊ eurus ab ortu. Atqꝫ die medio nothus heret: affri cus auſtro. Circinus occaſum zephiruſqꝫ fauoneus afflant. Sed veniunt aquilo bore as ⁊ chorus ab arcto. Chorus ergo eſt ventus quo flante generantur nubes ⁊ cōglo merantur ſydera: ſic ꝙ per nubes occultantur. Nota ꝙ polus eſt ſtella que ſemper

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ın eodem loco videtur: ſed hic polus ponitur pro firmamento tanq̄ pars pro toto p ſinodochem. Nota ꝙ polus id eſt celum dicitur ſtare quando eſt obductuꝫ nymboſis imbribus: non ꝙ ſtet: ſed quia motus eius tunc nobis non apparet. motum. n. celi non percipimus niſi per motum alicuius ſtelle. cum autem celuꝫ eſt coopertum obſcuris nubibus nulla ſtella videri poteſt. Nota ſecundum Huguitionem nymbus eſt nubium denſitas ex in tempeſtate orta. ⁊ ſic dicit Bo. hic nymboſis imbribus id eſt denſis pluuijs. ⁊ eſt ratio: quia tenuis imber nō impedit aſpectum aſtroruꝫ. Nota ꝙ boreas dicit ſtare ab antro traitio: quia forte regio traicie eſt cauernoſa: de cuius cauernis exit vētus generatus ex vaporibus ſiccis in terra. Nota poſtq̄ philoſophia terſit oculos Boetij ⁊ coſdeꝫ a fletu lachrymarum compeſcuit: reſtitutus fuit priſtino vigori. vnde oculi ipſius Boetij vt ratio ⁊ intellectus obfuſcati erant tenebris ignorantie: cum iſtis temporalibus adheſit: propter amiſſionem rerum temporaliuꝫ diuerſis fuit ſubiectus paſſionibus. Sed philoſophia oculoruꝫ caliginem abiecit: cū ipſius intellectum illuminauit tenebras ignorantie fugando: a lumine ſpirituali vt ſciencia illuminando.

**Mirantes oculos radiis ferit.**

## Proſa tertia primi libri.

**Haud aliter triſticie nebulis diſſolutis hauſi celuꝫ: et ad cognoſcendā medicantis faciem mentem recepi. Itaqꝫ vbi in eā deduxi oculos intuitūqꝫ defixi: reſpicio nutricem meā: in cuius ab adoleſcētia laribus obuerſatus fuerā phi**

Proſa tertia primi libri.

Haud aliter triſticie nebulis. Hic incipit tertia proſa primi libri in qua Boeti⁹ oſtendit quomodo philoſophiā cognouerit. ⁊ diuidit: qꝛ primo oſtendit quomodo philoſophiā cognouit: ⁊ qualiter ꝺ preſentia eius āmirari cepit: ⁊ quomodo philoſophia ſibi reſpondit. ſecundo probat philoſophia perſecutionem ſapiētum a vulgaribus nō eſſe nouaꝫ. ſecunda ibi. Nōne apud veteres. dicit primo. Haud pro non: aliter nebulis triſticie mee diſſolutis id eſt fugatis per conſolationem philoſophie: quoniam ſicut nubes diſſoluuntur per flatum boree: ſic ego Boe. hauſi id eſt reſpexi: celum id eſt ſurſum: ⁊ recepi mentem id eſt vigorem rationis: ad cognoſcendā facieꝫ medicantis id eſt medici. Itaqꝫ pro ergo: vbi id eſt poſtq̄: ego reduxi id eſt conuerti oculos: qꝫ pro ⁊: defixi id eſt ſtabilini intuitum in eam reſpexi nutricem meā philoſophiaꝫ: in cuius ſalubris id eſt ſcholis fueram obuerſatus: ab adoleſcentia id eſt a iuuentute mea: ⁊ inq̄ id eſt dixi. O magiſtra omnium virtutum: quid id eſt propter quid tu veniſti: lapſa id eſt progreſſa: ſuperno cardine id eſt de celeſti porta: in has ſolitudines id eſt loca deſerta: noſtri exilij id eſt noſtre relegatiōis: an id eſt nunquid propter hoc veniſti: vt exiſtens rea id eſt tanquam culpabilis: mecum agiteris id eſt manifeſteris falſis criminationibus. Illa philoſophia inquit id eſt dixit. O alumne id eſt per me nutrite: an id eſt vtrum te deſererem: quaſi diceret nō: nec partirer id eſt diuiderē tecū: cōicato labore. i. diuiſo labore: ſarcinā. i. pōdus quā tu ſubtuliſti ob inuidiā: mei noīs. i. rōe ſapiētie: atqui .p certe: nō erat phas. i. honeſtū: phie relinquere iter



innocentis incomitatum id eſt ſine comite: ſupple ſi ego te dereliquiſſem: ego vererer i. timerem: meam criminationem. i. meā damnationē ⁊ valde perhorreſcerē quaſi aliquid nouum acciderit ſupple circa te: eñ pro qꝛ: nū. i. nūquid: tu cēſes. i. iudicas: primum ipſam ſapiētiaꝫ eſſe laceſſitā. i. magnifeſtam: periculis. i. ꝑturbationib⁹: apud improbos mores, i, male morigeratos hoīes. q. d. hoc nō eſt nouū. Nota phia ꝺꝛ medica. ſicut enim medicus morbo fugato ſanitatem inducit: ſic phia ignorantia relegata vitā vtriuſqꝫ ſeculi cōdonat. nam habetur in libro de pomo Ariſtotelis. Qui phiaꝫ iuenerit vitā i vtroqꝫ ſeculo iuenit. ⁊ alibi. Qui me inuenerit vitā inueniet: ⁊ hauriet ſalutē a dño. ⁊ ideo dicit Boe. faciē medicātis. Notandū ꝙ Boe. non ſolum deduxit oculos i philoſophiā: ſed defixit in eā intuitum: per quod innuitur ꝙ q̄ vult philoſophari: oportet ſe totum tradere philoſophie per continuum ſtudiū ⁊ laborē. Nā ſicut vna yrundo adueniens nō facit ver: nec vna dies calida facit eſtateꝫ: ſic nec vna ſpeculatio philoſophica facit philoſophum. Nota ꝙ tempus oportunum ad philoſophandum eſt tempus adoleſcentie. quod innuens Boetius dixit. cuius laribus ab adoleſcentia fueraꝫ obuerſatus. Nam etas hominis aſſimilatur cere: que ſi nimis eſt mollis vel dura nimis formam ſigilli non recipit nec retinet: ſi autem eſt temperate mollis vel dura figuram recipit ⁊ retinet: ſic etas nimis tenera ſicut infantia non recipit doctrinam philoſophicaꝫ: nec etas nimium dura ſicut decrepitus: ſed etas temperata qualis eſt adoleſcentia que faciliter intelligit: ⁊ intellecta memorie commendat. Nota per lares philoſophie intelliguntur diuerſe ſecte philoſophorum: ſicut Ariſtotelis ⁊ Platonis: quibus Boetius ab adoleſcentia fuit obuerſatus. et dicit Huguitio ꝙ obuerſari idem eſt quod conuerſari. Notanduꝫ ꝙ philoſophia dicitur magiſtra omnium virtutum: quia omnes virtutes morales docet: vt patet ex ethicis. ⁊ dico morales propter virtutes theologicas: que ſunt: fides: ſpes: ⁊ charitas ⁊ dicitur philoſophia delapſa a ſuperno cardine: quia omnis ſapientia a domino ꝺo eſt. nam ſecut ſcribitur in prologo libri de regimine principum. Deus eſt qui diuitias ſue ſapientie influit animabus id eſt ſtudentibus tribuit gratiam cognoſcendi cui nihil eſt difficile: ⁊ ſine quo nihil eſt poſſibile poſſideri. Nota vt poſtea patebit ꝙ Boetius falſe criminabatur de litteris compoſitis: ⁊ de impedimento delatoris. ⁊ illud quod faciebat ſapientia dicebatur facere arte magica: ideo dicit ad philoſophiam.

**loſophiam. Et quid inquaꝫ tu in has exilii noſtri ſolitudines. O omniū magiſtra virtutum a ſuperno cardine delapſa veniſti. An vt tu quoqꝫ mecum rea falſis criminationibus agiteris. Philoſophia. At inquit te alumne deſererem: nec ſarcinaꝫ quam mei nominis ex liuore ſuſtuliſti: cōmunicato tecum labore partirer. At qui philoſophie phas non erat incomitatum relinquere iter innocentis: meam ſi criminationem vererer: et quaſi nouum aliquid acciderit perhorreſcerem. Num enim primum cenſes apud improbos mores laceſſitam periculis eſſe ſapientiam.**

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

Nunquid veniſti vt tu mecū rea falſis criminationibus agiteris. Nota philoſophia tangit tres ratōnes: propter quas non debuit derelinquere Boe. Prima q₂ nutrix nō debet derelinquere ſuū alūnuȝ. ſecūda qui patitur propter aliū nō decet vt deſeratur ab illo. tertia q₂ non decet philoſophiam derelinquere innocentē. Boe. aūt fuit alumnus philoſophie: ipſe patiebatur iniurias propter philoſophiā ⁊ fuit innocens: ergo ⁊c.

Nonne apud veteres quoqȝ ante noſtri Platonis etatem magnum ſepe certamē cum ſtulticie temeritate certauimus. Eodemqȝ ſuperſtite preceptor eius Socrates iniuſte victoriā mortis me aſtante promeruit. Cuius hereditateȝ cum deinceps epicureum vulgus ac ſtoicū ceteriqȝ pro ſua quiſqȝ parte raptum ire molirentur: meqȝ reclamāteȝ renitentēqȝ velut in partē prede traherent: veſteȝ quā meis texuerā māibus diſciderunt: arreptiſqȝ ab ea panniculis: totā me ſibi ceſſiſſe credentes

Nota ſecunduȝ Huguitioneȝ: laceſſo id eſt cū deſiderio lacero vel vexo vel iniurijs affligo. Nōne apud veteres quoqȝ. Hic philoſophia probat perſecutionē ſapientū a vulgaribus non eſſe nouaȝ: ⁊ hoc primo probat exemplis ātiquis. ſecūdo magis modernis. tertio oſtēdit quid ſit faciendū contra inſultus vulgarū. ſecunda ibi. Quod ſi nec. tertia ibi. Quiſiqū contra. primo dicit. Bene dixi φ perſecutio ſapientuȝ a vulgarib⁹ ⁊ a malis nō eſt noua. nōne apud veteres ante etateȝ noſtri Platonis nos philoſophia ſepe certauimus magnum certamen: cum temeritate ſtulticie id eſt cū ſtultis ⁊ temerarijs hominibus. eodemqȝ Platone viuente magiſter eius Socrates iniuſte promeruit victoriaȝ mortis me ſibi aſtante: cuius Socratis hereditatē id eſt ſcientie hereditarie reliceram ſuis diſcipulis cum epicureum vulgus ⁊ ſtoicum ⁊ ceteri: molirentur id eſt laborarent: ire raptum id eſt rapere vnuſquiſqȝ pro ſua parte: ⁊ cum ipſi traherent me philoſophiam in partem prede me reclamantem id eſt contradicentem: qȝ pro ⁊ renitentem: ipſi diſciderunt veſtē meā quā texueram meis manibus: ⁊ ablatis pāniculis abierunt credentes me totam ſibi ceſſiſſe. ⁊ quia in iſtis apparuerunt quedam veſtigia noſtri habitus id eſt prudentie: imprudentia vulgarium rata id eſt opinata: ipſos meos eſſe familiares id eſt meos diſcipulos ratione ſapientie: peruertit nonnullos eorum id eſt aliquos: errore id eſt perſecutōne: prophane multitudinis id eſt indocti vulgi: ſicut vulgares ſolent peruertere doctos. Nota φ ante tempus platonis multi ſapientes perſecuti fuerunt a vulgaribus: ⁊ tempore Platonis Socrates magiſter eius interijt propter ſuam ſapientiam. Nam ipſe cognouit ſua ſapientia eſſe vnum deum: alios auteȝ colentes plures deos redarguit. quod percipiens dux athenienſium nomine Anetus coegit ipſum bibere venenum in nomine vnius dei ⁊ nihil ſibi nocuit. Poſtea coegit ipſum bibere venenum in nomine pluriuȝ deorum ⁊ interijt. Nota mortuo Socrate diſcipuli ſui qui ſcientiā Socratis tanφ hereditariā ſibi vēdicabāt inceperūt diſſentire: in quo magiſter eoꝝ Socrates poſuiſſet ſummū bonū. q̇dā eim ſuoꝝ diſcipuloꝝ dicti epicuri dicebāt ipm poſuiſſe ſummū bonū in voluptatibus. Alij ſicut ſtoici dicebāt φ in virtutibus: ⁊ q̇libet eoruȝ pro defen





ſione ſue opinionis rapuerunt auctoritatē phie ipſas extorte exponendo. propter qd phia dicit illud reclamaſſe: ⁊ ſic male exponēdo ſciderunt veſtes phie ⁊ ꝑticulas abſtulerunt. ⁊ φuis non eſſent veri philoſophi q₂ tamē videbātur eſſe: multi eoꝝ a vulgaribus occiſi ſunt. Quod nec Anaxagore fugā. Hic phia probat ꝑſecutionē ſapientum exemplis magis modernis dicens. O Boeti ſi non nouiſti fugā Anaxagore: nec

abire. In quibus quoniam quedā noſtri habitus veſtigia videbantur meos eſſe familiares: in prudentia rata nonnullos eoruȝ prophane multitudinis errore peruertit. Quod ſi nec anaxagore fugam: nec ſocratis venenum: nec zenonis tormenta quoniaȝ ſunt peregrina nouiſti: ac canios atqȝ ſenecas: ac ſoraneos: quoruȝ nec peruetuſta: nec in celebris memoria eſt ſcire potuiſti. Quod nihil aliud in cladem detraxit: niſi φ noſtris moribus inſtituti ſtudiis improborum diſſimilimi videbantur

venenū Socratis: nec tormenta ςenonis quoniam iſta ſunt peregrina id eſt extranea ⁊ aliena: tamen tu potuiſti ſcire canios. i. perſecutionē canij: ac Senecas ac ſoraneos. i. ſequaces Soranij: quoruȝ memoria nō ē peruetuſta i. valde antiqua: nec incelebris id ē nō ſine gloria: quos viros nihil aliud detraxit in cladem. i. mortē niſi φ inſtituti. i. informati noſtris moribus ipi videbantur diſſimilimi ſtudijs improborū. Itaqȝ nihil eſt. i. nō eſt cauſa φ tu admirere. i. debeas admirari: ſi in hoc ſalo vite id eſt amaritudine nos ſapientes agitemur id eſt vexemur procellis id eſt aduerſitatib⁹ malorum circunſtantibus: quibus nobis ſapientibus maxime propoſitum eſt id eſt intentio diſplicere peſſimis: quorū malorum ſi ſit numeroſus exercitus: tamē eſt ſpernendus: quia nullo duce ſupple rationis regitur: ſed tantū rapitur errore limphante id eſt precipitante eos admodum limphe: temere id eſt ſtulte: ac paſſim id eſt vbiqȝ.

Nota φ Anaxagoras ſtulticiaȝ hominum ſolem pro deo colentium reprehendit dicens ſolem non eſſe deum: ſed lampadam ardenteȝ: propter quod reus iudicatus eſt ⁊ in fugam compulſus: ergo dicit philoſophia Anaxagore fugā. Nota dicit Socratis venenum de quo dictuȝ eſt ſupra: de quo veneno interijt. Similiter ςeno multa tormenta ratione ſue ſapientie ſuſtinuit. Nota φ Sanius: Seneca: Soranus fuerunt nobiles romani: ⁊ moribus philoſophie inſtructi: propter quod interierūt. Unde Canij dicebantur imitatores a magiſtro ſuo Canio. Similiter Soranij dicuntur a Sorano qui fuit poeta: ⁊ ei⁹ ſequaces ab eo denominantur. Nota de ſeneca dicit Boe. in diſciplina ſcholarium φ Nero familiarē ſuū preceptorēqȝ Senecam ad eligēde mortis arbitriū coegit. Nota φ ſapiētes diſſimiles ſtudijs ſunt iprobоꝝ: q₂ di. Seneca in libro de amicitia. diſpares mores diſparia ſequūtur ſtudia: quoꝝ diſſimilitudo diſſoluit amicitiam. nec vnφ improbi ꝓbis: nec probi improbis amici eſſe poſſunt: non ob aliam cauſam niſi q₂ tanta ē inter ipſos diſtātia: quāta poteſt eſſe ſtudioruȝ maloruqȝ morum diſtantia. Nota φ propoſitum ſapientum eſt diſplicere peſſimis: quia dicit Seneca in de remedijs fortuitorum. Malis diſplicere laudabile eſt. ⁊ alibi. virtus ſeſe diligit aſpernaturqȝ malum. ⁊ poeta. Opto placere bonis: prauis odioſus haberi. Nota dicit exercitum malorum eſſe innumeroſum: quia ſecundum Salomonē ſtul

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

torum infinitus eſt numerus: ⁊ peruerſi difficulter corriguntur. Nota ꝙ mali non re
guntur duce rationis: quia ratio deprecatur ad optima: mali autem operantur peſſi
ma. Ducuntur enim errore ſenſualitatis vitam beſtialem proſequentes: de quibus
dicitur in libro ethicorum. Quidam ſunt homines vitam pecuduꝫ eligentes ſimiles
Sardanapalo: ⁊ ergo dicit philoſophia ꝙ tales non ſunt timendi: quia ex quo nõ re-
guntur per rationem: tũc
eorũ fatuitas faciliter diſ
ſipatur. Qui ſi quãdo cõ
tra nos. hic philoſophia
oſtendit quid ſit faciendũ
contra inſultus malorum
dicens. Si exercitus ma
lorum incubuerit: i. eſt
inſtiterit: ſtruens id eſt fa
ciens: aciem id eſt bellum
contra nos ſapiẽtes: qui
deꝫ pro certo: noſtra dux
id eſt ratõ: cõtrahit id eſt
colligit: copias id eſt ſciẽ
tias ⁊ virtutes copioſas:
in arcem id eſt in altitudi
nem ſpeculationis celeſti
um: vero pro ſed illi ma-
li occupantur circa diripi
ẽdas id eſt auferẽdas: in-
utiles ſarcinulas id eſt di
uitias corporales que ſar
cina ⁊ põdus corpis ſunt

Itaqꝫ nihil eſt quod ammireris ſi in hoc
vite ſalo circũſtantibus agitemur procel
lis: quibus hoc maxime propoſituꝫ eſt peſ
ſimis diſplicere. Quorumquidem tamet
ſi innumeroſus exercitus ſpernendus ta
men eſt: quoniam nullo duce regitur: ſed
errore tantum temere ac paſſim lymphan
te raptatur. Qui ſiquãdo contra nos aci
eꝫ ſtruens valẽtior incubuerit: noſtra qui
dem dux copias ſuas in arcem cõtrahit.
Illi vero circa diripiendas inutiles ſarci
nulas occupantur. At nos deſuper irri
demus: viliſſima rerum queqꝫ rapientes
ſecuri totius furioſi tumultus: eoqꝫ vallo

inutile animam ſubmergentes: at nos ſapientes in contemplatione celeſtium conſti
tuti irridemus malos rapientes queqꝫ viliſſima rerum: nos ſecuri exiſtentes totius
furioſi tumultus id eſt contra furioſum tumultum malorum: quia nos ſumus muni-
ti eo vallo id eſt munimine quo non ſit fas aſpirare id eſt accedere: ſtulticie graſſan-
ti id eſt impugnanti nos. Notandum Bo. hic noſtram rationem appellat ducem.
vnde ratio diffinitur ſic. Eſt habitus dirigens omnem actionem humanam in vlti-
mum ⁊ optimum finem. Item nota per arcem ipſe intelligit altitudinem ſpeculatio
nis celeſtium: ⁊ ad hanc ducit nos ratio: ⁊ hoc eſt vltimum bonum humane vite qđ
nullus auferre poteſt. Nota copie in hoc loco dicuntur appetitus ſenſitiui. ⁊ dicũ
tur copie quaſi cupie: quia cupiunt res aliquando contra rationeꝫ. ⁊ tales copias dꝫ
regere ratio: ⁊ debet ſe munire vallo humilitatis ⁊ pacientie: ⁊ tunc omẽs impugna
tiones aduerſitates ⁊ miſerias equanimiter ſuſtinebit: ⁊ temptationes ⁊ delectatio
nes noxias quas ſuggerit diabolus ⁊ caro impellit ⁊ mundus cõmouet nõ timebit.
hec Marquardus. Item nota ille merito eſt deridendus qui maiori ⁊ meliori bono
dimiſſo eligit ⁊ occupatur circa bona viliora: ſed ſapientes eligunt bona anime que
ſunt maxime bona primo ethicorum: ⁊ vulgares eligunt bona temporalia que dicun
tur viliſſima rerum: quia impediunt hominem in cognitione ſummi boni. Notan-
dum arx arcis eſt altum edificium in quo hoſtes pugnant. hic autꝫ accipitur pro cõ
templatione celeſtiũ ⁊ ſpe futuroꝝ bonoꝝ. nã per hec duo ſapientes oẽm aduerſitatẽ



malorum ſuperãt: ⁊ circa contemplationẽ diuinorũ tota intentio ſapientis verſatur.
vnde Boetius in tractatu de ſummo bono di. Philoſophus maxime delectatur i pri-
mo principio ⁊ in contemplatione ſumme bonitatis: ⁊ hec enim eſt vita philoſopho
ruꝫ ſine qua nemo viuit vita recta. Nota ꝙ hoc nomine valluꝫ di. Greciſta. Eſt val
lus palus circa caſtruꝫ preacutus. Nexio paloꝝ: ſed murus ſit tibi vallũ. Nota aſpi
rare ſecundum Huguitio
nẽ eſt anhelare conari vel
deuenire. Item ſecunduꝫ
eum graſſor graſſaris per
g. inuadere vel crudeliter
impugnare.

muniti: quo graſſanti ſtulticie aſpirare
phas non ſit.

## Metrum quartum primi libri.

Uiſquis cõpoſito ſerenus euo.
Fatum ſub pedibus egit ſuperbũ.
Fortunamqꝫ tuens vtrãqꝫ rectus.
Inuictum potuit tenere vultuꝫ.
Non illum rabies minæqꝫ ponti.
Verſum funditus agitantis eſtum.
Nec ruptis quotiens vagus caminis.
Torquet fumificos veſeuus ignes.
Haud celſas ſoliti ferire turres.
Ardentis via fulminis mouebit.

Metruꝫ .iiij. primi libri.
q Uiſquis cõpoſi
to ſerenus euo.
Hic icipit quar
tum metruꝫ hu
ius primi quod vocatur
metrum valenticuꝫ ab in
uentore: ⁊ cõſtat ex ſpon-
deo dactilo ⁊ tribus tro-
cheis. vñ põt dici metruꝫ
trocheicũ a pede p̃dñan-
te. In h̃ metro phia oſtẽ
dit qualiter hõ debeat ſe
habere: vt perſecutiones
improborum nõ preuale
ant contra ipm. ⁊ hoc pri
mo declarat quibuſdaꝫ ſi
milibus. ſecũdo exclamat
cõtra timẽtes tyrannos.
ſecũda ibi. Quid tantũ miſeri. dicit primo. Quicũqꝫ homo ſerenus. i. clarus virtute:
cõpoſito euo id eſt ordinata vita: egit id eſt calcauit ſub pedibus: ſuperbuꝫ fatũ id eſt
euentum rerum temporaliũ. ⁊ quicunqꝫ tuens id eſt reſpiciens: vtranqꝫ fortunam id
eſt proſperam ⁊ aduerſam: rectꝰ id eſt nõ flexus: potuit tenere vultum id eſt animuꝫ in
uictum ita ꝙ non vincatur proſperitate ſe extollendo nec aduerſitate deprimendo: il-
lum hominem non mouebit id eſt turbabit: rabies ponti id eſt inundatio maris: exa
gitantis id eſt mouentis: funditus id eſt a fundo eſtũ: verſum id eſt ebulitionẽ verſaꝫ:
qꝛ in ebulitione maris aqua vertitur per fluxum ⁊ refluxũ. q. d. Impetus maris faci-
ens ebulitionem nõ nocebit illi homini qui non extollitᷣ in proſperis nec deprimitur
in aduerſis: nec tali homini nocebit ignis veſeui mõtis: quotiẽs ille mõs torquet id ẽ
emittet ignes fumificos: ruptis caminis id ẽ cauernis ſuis. q. d. nec tali homini noce
bit vagus veſeuus ſuis ignibꝰ: nec illum hoiem mouebit via ardentis fulminis: ſoliti
id eſt conſueti: ferire celſas turres. Nota phia tangit tria que non nocẽt homini qui
conſtans eſt in vtraqꝫ fortuna. Primum eſt rabies maris per quam deſignantur luxu
rioſi. ſicut enim mare ſole ⁊ motu ſuo incaleſcit ⁊ fetet: ſic luxurioſi concupiſcentia ſua
inardeſcunt: ⁊ peracta libidine fetent. De quibus dicit ſcriptura. Perierunt iumen-
ta in ſtercore ſuo, tales luxurioſi non nocebunt homini conſtanti in vtraqꝫ fortuna.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Secundum qđ tangit eſt ignis veſeui montis: per quem deſignantur auari ⁊ inuidi. ſicut eniꝫ ignis veſeui montis ſemper ardet: ita auari ardent in concupiſcentia bonorum exteriorum. ⁊ ſicut ignis eructuans quandoqꝫ conſumit loca vicina: ſic inuidi quandoqꝫ nocent verbis ſi non poſſunt factis. ⁊ tales inuidi non nocebunt homini conſtanti. Tertium quod tangit eſt ictus fulminis: per quem intelliguntur ſupbi. ſicut eiꝫ fulmen gñat in alto: ſic ſuperbi alte ſe extollūt. ⁊ mirabile videtur de ſuperbis: ꝙ cum alijs hominibus habitare volunt ⁊ tamen ad celum volare nō poſſunt. tales ſuperbi non nocebunt homini cōſtanti. Alij per rabieꝫ maris intelligunt inuidos: ꝑ ignem iratos: per fulmen ſuperbos: vt dictum eſt. Alij per mare quod eſt ſonoroſum intelligunt auaritiam: per ignem penam corporis: per fulmen rerum ablationeꝫ.

Quid tantum miſeri ſeuos tyrannos:
Mirantur ſine viribus furentes
Ne ſperes aliquid nec extimeſcas
Exarmaueris impotentis iram.
At quiſquis trepidus pauet vel optat
Quod non ſit ſtabilis ſuiqꝫ iuris.
Abiecit clipeum locoqꝫ motus
Nectit qua valeat trahi cathenam.

reſoluta a rupe id eſt a monte. Tu quoq; ſi vis. Hic philoſophia hortatur ad fugam perturbationum ſiue affectionum animi dicens. Si tu vis cernere id eſt videre vel iudicare: verum id eſt veritatem: claro lumine id eſt vera cognitione: ⁊ ſi vis etiaȝ capere id eſt attingere: callem id eſt viam veritatis: recto tramite id eſt proceſſu rationis: tunc tu pelle id eſt repelle gaudia ſupple: que ſunt de bonis preſentibus: ⁊ pelle id eſt remoue a te timorem ſupple de futuro malo: q; pro et tu fugato ſpē ſupple: que eſt de bona fortuna: nec etiam aſſit dolor ſupple qui eſt de preſenti amiſſione bonorum ſupple: que mēs eſt nubila. i. obſcura vel opta: q; pro et vincta id eſt ligata: frenis id eſt ligaminibus: vbi id eſt in qua mēte hec ſupple predicta regnant id eſt dominantur: ſcȝ gaudium de preſentibus bonis: timor de futuro malo: ſpes de futuro bono: dolor de preſenti malo. Nota ſicut prius tactum eſt affectio eſt motus particule ſenſitiue ſub fantaſia boni vel mali animum afficiens: ⁊ rectum rationis iudicium impediens. Et ſunt quattuor affectiones tales principales: ad quas omnes alie reducuntur ſcilicet: gaudium: ſpes: timor: et dolor: quarum ſufficientia ſic accipitur. Omnis paſſio vel eſt reſpectu boni vel mali. Si reſpectu boni hoc dupliciter: vel reſpectu boni p̄ſentis: ſic eſt gaudiuȝ quod eſt de preſenti bono. Si eſt reſpectu boni abſentis: ſic eſt ſpes que eſt de futuro bono. Si autē paſſio eſt reſpectu mali hoc dupliciter: vel reſpectu mali preſentis: ſic eſt dolor qui eſt de preſenti malo: ſi ē reſpectu mali abſentis eſt timor qui eſt de futuro malo. Nota ꝙ iſte paſſiones non ſunt pellende: vt non ſint in animo hominis: quia vix inuenitur homo ſine ipſis: ſed ſic ſunt pellende vt non dominentur in homine. Unde ſedare homini paſſiones vt non dominentur eſt hominis virtuoſi; quia virtus conſiſtit in moderatione paſſionum. Si autem regnant ⁊ dominentur in homine: tunc impediunt iudicium rationis. propter quod dicit Euſtratius ſuper libro ethicorum. oportet reluctari contra paſſiones ſenſitiuas; que ſi preualuerint impediunt vires anime. Nota iſte paſſiones et affectiones ſi ordinantur ad terrena: tunc non ſunt nociue. attamen poſſunt eſſe meritorie et virtuoſe ſi fuerint ad debitos fines ordinate. Unde Richardus in libro. xij. patriarcharum dicit. Ordinatum et verum gaudiuȝ tunc habemus quando de veris ⁊ eternis bonis gaudemus. Etiam timor eſt virtuoſus ſi fuerit ad deum ordinatus: q; ſcriptum eſt. Initium ſapientie timor domini. Et idem Richardus dicit. Prima virtutum proles ſine qua certus haberi non poteſt eſt timor dei. Item ſpes vt dicit idem Richardus efficitur ordinata: ſi de indulgentia venie generatur. Unde dicit. vere et abſq; dubio q̄to quis frequentius q̄toq; vehementius de ſuo interno reatu dolore afficitur: tanto certior tantoq; ſecurior per ſpem de indulgentia venie efficitur. Similiter dolor eſt virtuoſus quando fit ad deplangendū culpam. Unde Richardus. Quāto quis vehementius metuit penam quam meruit: tanto acerbius plangit culpam quam fecit.

Explicit liber primus



p Oſt hec pauliſper obticuit. Hic eſt ſecūdus liber Boetij de conſolatiōe philoſophie: qui continuatur ad librum precedentē in hunc modū. Poſtq̄ philoſophia i primo libro inueſtigauit cauſas radicales infirmitatis Boetij: in hoc ſcdo ꝓcedit ad ei⁹ curationē. Prio adhibēdo ſibi remedia leuia. Secūdo remedia validiora in libris conſequētibus, hūc eīm modū medicandi phia promiſit Boetio. ⁊ diuiditur iſte liber in. xvi. partes: q; octo ſunt ꝓſe ⁊ octo metra huius ſecundi: q̄ partes patebunt. quid autez in qualibet parte agatur ſimiliter videbitur. Pria proſa diuidit̄. Primo oſtēdit Bo. quid philoſophia egerit poſt predicta: ⁊ reſumit vnam cauſam doloris. Boe. ſecundo philoſophia ponit quendam effectum fortune. Tertio excuſat ſe de quodam. Quarto tangit oportunitatem medendi Boe. Quinto procedit ad leuia medicamēta eius. Secunda ibi. Intelligo. Tertia ibi. Sed vt arbitror. Quarta ibi. Sed tempus eſt. Quinta ibi. Quid eſt igitur o Boe.

## Proſa prima libri ſecundi.

Oſt hec pauliſper obticuit: atq; vbi attentionez meā modeſta taciturnitate collegit: ſic exorſa eſt Phia. Si penitus egritudis tue cauſas habitumq; cognoui: fortune prioris affectu deſiderioq; tabeſcis: ea tantuȝ animi tui ſtatum ſicuti tibi fingis mutata

Prio dicit. Poſt hec que dicta ſunt philoſophia obticuit id eſt tacuit: pauliſper id eſt modicum: atq; pro et: vbi id eſt poſtq̄: collegit id eſt intellexit: meam attētionem id eſt diligentiaȝ: modeſta taciturnitate id eſt temperato ſilentio: exorſa eſt id eſt incepit loqui: ſic id eſt taliter: ſi pro quia: ego cognoui cauſas id eſt rationes radicales: q; pro et: habituȝ id eſt diſpoſitionē: tue egritudinis id eſt infirmitatis. tu Boe. tabeſcis id eſt triſtaris affectu: q; pro et deſiderio prioris fortune que fuit tibi proſpera: ea fortuna mutata id eſt variata: apud te peruertit id eſt mutauit: ſtatum id eſt diſpoſitionē: tui animi id eſt tue mentis ſicuti tu tibi fingis. Nota ꝙ philoſophia poſt predicta obticuit vt Boe. magis animo deliberato verba philoſophie colligere poſſet ⁊ ſibi reſponderet: quia ſecundum Senecam in prouerbijs. deliberare vtilia mora tutiſſima eſt. Deliberandum eſt diu quicquid faciendum eſt: ſemel diſcute quid audias. proba quid credas. ⁊ ideo philoſophia obticuit tanq̄ laſſata ex queſtionibus prius motis. vnde Seneca libro de virtutibus cardinalibus. non ſemper in actu ſis: ſed interdum aīo tuo requiem dato: vt requies illa ſit plena ſapīa ⁊ v̇tute. Nota de hoc ꝙ dicit modeſta taciturnitate duplex eſt taciturnitas. quedaȝ moderata: alia ſuperflua. Moderata taciturnitas eſt quando tacetur cū tacēdum eſt: de qua loquitur Sene. in prouerbijs dicēs. Tene ſemꝑ vocis ⁊ ſilētij tēperamentū. tū in hoc libētius te icūbe vt libētius audias q̄ loquaris. q̄ eīȝ neſcit tacere: neſcit loqui. Sup̄flua taciturnitas eſt qn̄ tacet̄ cū loquēduȝ eſt: de qua. d. poeta. Nā nimiū tacuiſſe nocet. Nota ꝙ Boe. in ſtatu miſerie nō erat magnanim⁹: q; habuit aīm ꝑuerſuȝ fortuna. Magnanim⁹ eīm eſt qui cōtra difformes inſultus fortune vnanimi mētis cōſtantia militat ſm̄ Albertū ſuꝑ prio li. ethi. Et Seneca pria ep̄la ad Lucillū dicit. Primū argumētū cōpoſite mētis exiſtīo poſſe cōſiſtere ⁊ ſecū morari. Nota ꝙ phia dicēte fortunā eē mutatā circa Boe. ſicut ipſe fingit. h̄ dicit pro tāto: q; ſcdm̄ rei veritatē fortuna nō



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

peruertit. Intelligo multiformes illius
prodigii fucos: ⁊ eouſq; cum his quos elu-
dere nititur blandiſſimam familiaritatem
exercet: dum intollerabili dolore confun-
dat eos quos inſperata reliquerit. Cuius
ſi naturam mores ac meritum reminiſca-
re: nec habuiſſe te in ea pulchrum aliquid:
nec amiſiſſe cognoſces. Sed vt arbitror:
haud multum tibi hec in memoriam reuo
care laborauerim. Solebas enim preſen-
tem quoq; blandientem virilibus inceſſe-
re verbis: eamq; de noſtro auditu prolatis
inſectabare ſententiis. Uerum omnis ſu
bita mutatio rerum: non ſine quodam qua
ſi conflictu contingit animorum. Sic fa

erat circa ipſum mutata ſicut philoſophia infra probabit. Intelligo multiformes
Hic philoſophia ponit effectum fortune dicens. Ego intelligo id eſt cognoſco: multi
formes fucos id eſt deceptiones: illius prodigij .i. fortune: ⁊ eouſq; id eſt tādiu ſcilicet
ipſa fortuna exercet blandiſſimam familiaritatem: cum his quos nititur id eſt labo-
rat: eludere id eſt decipere: dum .i. donec: confundat id eſt eneruat intollerabili dolore
eos quos fortuna inſpera
ta id ē ſine ſpe: reliquerit
id eſt dimiſerit: cuius .ſ. for
tune ſi tu .B. reminiſcare
id eſt recorderis naturam
mores: ac pro etiā: meritū
id eſt dignitatē. nec etiam
cognoſces te .B. in ea for
tuna habuiſſe aliquid pul
chrum nec amiſiſſe: ⁊ per
conſequens de amiſſione
eius nihil eſt dolendū. No
ta ꝙ prodigium eſt mira
culū preter ſolitū curſum
nature proueniēs. ⁊ dicitur
prodigiū quaſi porro pro
ducēs hoīes ī admiratio
nem. vel ſecundum Hug.
prodigiū eſt monſtrū ad va
ſtandū paratū dictū a pro-
digo gis. qđ eſt vaſto as.
fortuna aūt pōt dici prodi-
gium. primo quia ducit ho-
mines in admirationē eo
ꝙ bonis mala ⁊ malis bona tribuit. vel dicitur prodigiū ſecūdo mō: quia vaſtat aīm hoīs.
proſpera enim fortūa vaſtat aīm hoīs per nimiā ſollicitudinē: aduerſa per nimiā deſolationē.
No. fucus in vna ſignificatione dicitur color ſuperpoſitus naturali colori: ⁊ poni-
tur pro deceptione: quia talis color decipit viſum cum facit mulierem difformem ap
parere pulchram. Nota ꝙ fortuna ſua familiaritate decipit hominem ⁊ confundit:
quia dicit Seneca in libro de conſolatione filij Helye. Neminem aduerſa fortuna com
minuit: niſi quem ſecunda decepit. et dicit in prouerbijs. fortuna quem nimium fouet
hunc ſtultum facit. fortuna nulli ſemel obeſſe contenta eſt. fortuna vitrea eſt: dum ſplē
det frangitur. Et Seneca tertia epiſtola dicit. Neminem eo fortuna prouexit vt non tā
tum illi minaretur quantum promiſerat. noli huius tranquillitati confidere. memen-
to ꝙ mare euertitur: ⁊ eodem die vbi luſerunt nauigia abſorbentur. Sed vt arbitror
haud. Hic philoſophia excuſat ſe de quodam dicens. Sed vt ego philoſophia arbi-
tror id eſt opinor: haud multum id eſt non multum: laborauerim reuocare id eſt redu
cere tibi hec ſupple predicta de moribus fortune in memoriam: enim pro quia: tu ſo
lebas id eſt conſuetus fuiſti: preſentem id eſt aſtantem fortunam: quoq; pro et: blan-
dientem id eſt applaudentem: inceſſere id eſt arguere: virilibus id eſt aſperis verbis:
q; pro et: inſectabare id eſt perſequebaris eam fortunam: de noſtro auditu id eſt de
noſtra informatione: prolatis id eſt pronunciatis ſententijs, verum pro ſed; omnis





ctum eſt: vt tu quoq; pauliſper a tua tran
quilitate diſceſſeris. Sed tempus eſt nūc
haurire te aliqđ ac deguſtare molle atq;
iocundum quod ad interiora tranſmiſſum
validioribus hauſtibus quidem viam fece
rit. Aſſit igitur rhethorice ſuadela dulce
dis: que tunc tantum cale recto procedit:
noſtra inſtituta nō deſerit. Cumq; hac mu
ſica laris noſtri vernula nūc leuiores nūc
grauiores modos ſuccinat. Quid ē igitur

ſubita id eſt feſtina mutatio: non contingit id eſt aduenit: ſine quodam cōflictu id eſt
turbatione animorum: ſic id eſt taliter: factum eſt ſcz de te vt tu diſceſſeris: pauliſper
id eſt modicū: a tua trāquilitate id eſt a tue mentis quiete. Nota ꝙ ſapientis ⁊ ma
gnanimi eſt contra fortunam conſtanter militare ⁊ nō puſillo animo ſuccumbere. vn
de Seneca in libro de clementia di. O magnos viros qui maligne fortune ſuccum-
bere neſciunt: ⁊ aduerſas
res ſue virtutis experimē
ta faciunt. Nam ſecundū
Ariſtotelem primo ethico
rum. Sapiēs ſcit bene fer
re fortunam: quia habet ſe
ſine vituperio ſicut tetra-
gonum. corpus enim te-
tragonū quocūq; proijci
tur firmiter ſtat: ſicut ani-
mus ſapientis conſtans
permanet quacunq; fortu
na eminente. Nota ꝙ
quies animi fit per ſeda-
tionem paſſionū que cau
ſatur ex ordinatōne ratio
nis cum deliberatione: ſed
ſubite mutationes preueniunt deliberationem rationis: ideo mutant ⁊ turbant ani
mum. propter quod dicit philoſophia. omnis ſubita mutatio rerum non contingit
ſine conflictu animorum. Sed tempus eſt te haurire aliquid. Hic philoſophia tangit
oportunitatem medendi ipſum Boetiū dicens. Sed tempus eſt id eſt inſtat te Boe.
haurire id eſt recipere: ac pro etiam: deguſtare aliquid molle id eſt facile: atq; pro et io
cundū id eſt delectabile: quod leue vel delectabile trāſmiſſum ad īteriora .ſ. tui aī fecerit
viam validioribus hauſtibus id eſt forcioribus remedijs. igitur pro ergo: ſuadela id
eſt perſuaſio: rhethorice dulcedis id eſt rhethorici ornatus: aſſit id eſt ſit preſens: que
rhethorica procedit tantum id eſt ſolummodo: tunc recto calle id eſt recta via: non de
ſerit id eſt relinquit: noſtra inſtituta id eſt documenta. Cumq; hac ſcz rhethorica: muſi
ca id eſt ars metrica: vernula id eſt famula: noſtri laris id eſt noſtre domus ſcilicz aſſit
⁊ ſuccinat id eſt decantet: nunc id eſt aliquando: leuiores modos id eſt faciliores ver
ſus: ⁊ nunc id eſt aliquando: grauiores id eſt difficiliores. Nota ꝙ philoſophia in-
uitat duas ſcientias ad curationem Boetij: ſcilicet rhethoricam ⁊ muſicam. Rhethori
cam inuitat ratione proſe: in qua vtitur rationibus perſuaſiuis rhethoricis coloribus
adornatis. Muſicam inuitat propter metrum. nam ſicut in muſica vtimur arſi ⁊ the
ſi id eſt concordi eleuatōne ⁊ depreſſione vocis: ſic ſimiliter in metro vtimur eleuatio
ne qñ producte ſyllabe eleuātur: ⁊ vtimur depſſione qñ breues ſyllabe depmūtur quadam
cōcordia proportionali. Nota .d. Tullius ī phemio rhethorice ſue ꝙ eloquētia ſine ſapiētia
plerūq; obēe pōt: nūq; āt prodeſſe. cū igitur rhethorica ſit ſcia eloquēdi ornate: ipa nō pro
deſt ſine ſapia: iō .d. phia ꝙ rhetorica tūc procedit recto calle; qñ nō deſerit nr̄a iſtituta
q̄ ſunt iſtituta ⁊ documēta ſapie. Quid ē igitur o hō. Hic phia adhibet .B. leuia me
dicamēta. Ubi nota ꝙ leuia medicamēta ſiue remedia dicūtur rōes ſūpte ſcđm cōem
vſum hoīm pſuadētes nō eē dolendū de aduerſitate fortune. Remedia āt validiora ſūt
rōes q̄ ſunt ꝯ cōem opinionem hoīm oſtendentes qđ ſit ſummū bonū ⁊ in quo cōſiſtat



VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

o homo quod et in meſticiā luctumqꝫ deiecit. Nouum credo aliquid inuſitatumqꝫ vidiſti. Tu ſi fortunam putas erga te eſſe mutatā: erras. Hi ſemꝑ eius mores ſunt: iſta natura. Seruauit circa te propriā potius in ipſa ſui mutabilitate conſtantiam

Talis erat cum tibi blandiebatur: cū tibi falſe illecebris felicitatis alluderet: deprehendiſti ceci numinis ābiguos vultus Que ſeſe adhuc velat: aliis tota tibi prorſus innotuit. Si probas vtere moribus: ne queraris. Si ꝑfidā perhorreſcis: ſperne atqꝫ abiice ꝑniciosa alludētē. Nā que

ꝛ quomodo ad ipſum perueniatur: ꝛ ꝙ mali ſunt īpotentes: ꝛ boni potentes ꝛ ſimilia. Primo ergo oſtēdit phīa nō eſſe dolendū de fortuna: qꝛ ſeruat propriam naturam circa ipſum. ꝛ hoc oſtendit quinqꝫ rationibus perſuaſiuis. ſecundam ponit ibi. ſi probas. tertiam ibi. an vero. quartam ibi. quod ſi nec. quintam ibi. poſtremo equo ꝛc. Prima rō talis ē. Nullus ī meſticiā ꝛ luctū deijcit̄ niſi ꝓpter aliq̄d nouū vel inſitatū cōtingēs circa ipm: ſꝫ mutatio fortune n̄ ē aliq̄d nouum vel inſitatū: ergo eius mutatio nullū dꝫ deijcere ī dolorē. di. ergo ī littera. igit̄ o hō. i. tu. B. q̄d ē illō qd deiecit. i. ꝓſtrauit te in meſticiam: qꝫ pro et luctū ego philoſophia credo ꝙ tu Boe. vidiſti aliquid nouum: qꝫ pro et: inuſitatū id eſt inconſuetū ſupple cōtingere circa te. tu Boeti. putas id eſt exiſtimas: ipſam fortunam eſſe mutatam id eſt peruerſam a ſua natura: erga id eſt circa te: erras id eſt falſe eſtimas: quia hi ſemper ſunt eius mores: iſta eſt natura eius: ꝙ nunc ſit aduerſa: nunc proſpera: ipſa fortuna ſeruauit circa te potius propriam conſtantiam in ipſa ſui mutabilitate: quia mutatio fortune eſt ſua conſtantia. talis enim erat ſcilicet mutabilis: cum tibi blandiebatur id eſt adulabatur: cum tibi alluderet illecebris id eſt delectactionibus falſe felicitatis id eſt proſperitatis: tu deprehendiſti id eſt cognouiſti ambiguos vultus id eſt dubias facies: ceci numinis id eſt cece dee fortune: que ſcilicet fortuna adhuc velat id eſt occultat ſeſe id eſt ſeipſam alijs ſupple hoībus: tū applaudendo eis proſperitate: ipſa tibi tota innotuit id eſt manifeſta eſt: prorſus id eſt omnino ſcilicet ꝓſperitate ꝛ aduerſitate. Nota ꝙ illecebra hꝛe. eſt delectatio carnalis illicita hominē alliciēs: licet inueniatur pro quacunqꝫ alia delectatione. Nota ſicut beſtia vel auicula vel piſcis delectationis ſpe decipitur: ſic homo deletatione proſperitatis fortune fallaciter irretitur. vñ Seneca. viij. epiſtola. clamo vitate quecunqꝫ caſus tribuit. ad omne fortuitum bonum ſuſpicioſi pauidiqꝫ ſubſiſtite. nam fera ꝛ piſcis ſpe aliqua oblectante decipitur. Nota delectationes fortune ſunt falſe. nam ſecundum beatum Auguſtinum proſpera huius mundi aſperitatem habent veram: iocunditatem falſam: certum dolorem: incertam voluptatē. Nota philoſophia appellat fortunam cecum numem. Huguitio dicit: ꝙ numem eſt virtus dei vel ipſe deus vel dei poteſtas vel maieſtas. hic autem accipitur pro dea: quia antiqui fortunam colebant. Nota ꝙ fortunam dicit eſſe cecā. dicit Tullius in li. de amicitia. Fortuna vt medicus ignarus multos excecauerat: nō ꝙ ipſa ceca ſit: ſed eos cecos plerūqꝫ efficit quos cōplexa eſt. Nota ꝙ fortuna antiq̄tus duplici depīgebat̄ frōte: calua ꝛ capillata. per caluā deſignādo aduerſitatem: ꝑ capillatā proſꝑitatem. ergo dicit phīa





nunc meroris tibi cauſa tanti eſt: hec eadē tranquillitatis eſſe debuiſſet. Reliquit enim te quam non relicturam nemo vnquā poterit eſſe ſecurus. An vero tu precioſam eſtimas abituram felicitatem: ꝛ cara tibi eſt fortuna preſens. Nec manendi fida: ꝛ cum diſceſſerit allatura merorem.

Quod ſi nec arbitrio retineri pōt: ꝛ calamitoſos fugiēs facit: quid eſt aliud fortuna fugax ꝙ̄ future quoddā calamitatis

deprehendiſti ambiguos vultus fortune. Si probas vtere moribus. Hic ponit ſecūdam rationem que talis eſt: de illius amiſſione non eſt dolendum quod eſt pernicioſum: ꝛ quo habito homo nunqꝫ eſt ſecurus: fortuna eſt huiuſmodi vt tāgit in littera: ergo ꝛc. dicit ergo. Si probas id eſt approbas fortunam vtere moribus eius: ne queraris id eſt conqueraris: ſi perhorreſcis id eſt pertimeſcis perfidā et ſperne atqꝫ abijce fortunam: alludentē id eſt ludendo inferentem tibi pernicioſa id eſt damnoſa. nā fortuna que nūc eſt tibi cauſa tanti meroris per ſui abſentiam: hec eadem debuit tibi eſſe cā tranquillitatis id eſt ſecuritatis per ſui preſentiā: ſed nō fuit: enī pro ꝛ fortuna reliquit te: quam nō relicturam nemo vnqꝫ poterit eſſe ſecurus. Nota circa hoc ꝙ dicit pernicioſa alludentem. dicit Seneca. ludit fortuna cū ſuis moribꝰ: ꝛ que dedit aufert: ꝛ que abſtulit reddit: nec vnq̄ tutius eſt illam experiri: ꝙ̄ cum locum iniurie non habet. Nota ꝙ ſecuritas maxime hominē delectat: propter qđ eſt appetenda. Unde Seneca. vi. epiſtola. Nec me res vlla delectabit: licet ſit eximia ꝛ ſalutaris ꝙ̄ ꝙ mihi morti ſecurus ſum. Nota ꝙ proſperitas fortune non reddit hominem ſecurum: quia dicit Seneca. Munera fortune amica putatis inſidie ſunt. quiſquis veſtrū tutam vitam agere volet: ꝙ̄ plurimū poteſt fortune beneficia deuitet: in quibus miſerrimi fallunt̄. habere putamus honores: in precipitia curſus iſte deducit. Nota Seneca in de remedijs fortuitorum. Exonerauit te fortuna ſi intelligis: ꝛ tutiore loco poſuit dannum putas: remedium eſt clamas ꝙ opibus expoliatus es: tuo vicio iſta tibi iactura tā grauis eſt: nō tam moleſte ferres: ſi tanq̄ perditurus habuiſſes. An vero tu precioſam eſtimas. Hic philoſophia ponit tertiā rationē que talis eſt. Iſtud non eſt putandum precioſum ꝛ carum quod non eſt manſurum ꝛ ſuo receſſu eſt afflicturum: ſed fortuna eſt huiuſmodi: ergo non eſt reputanda precioſa ꝛ cara: ꝛ per conſequens non eſt dolendum de eius amiſſione: nec gaudendum de eius poſſeſſione. vnde dicit in littera. Uero pro ſed: an tu eſtimas felicitatem abituram id eſt receſſuram ſupple eſſe precioſam ꝛ fortuna preſens eſt cara tibi: nec eſt fida manendi: ꝛ cū diſceſſerit eſt allatura id eſt adductura merorem: quaſi diceret non debet eſtimari precioſa.

Nota ꝙ appellat fortunam felicitatem: quia ſm Ariſto. fortuna vel eſt felicitas vel eſt proxima felicitati. vnde in libro de bona fortuna dicit Ariſto. ꝙ non contingit eſſe felicem ſine rebus exterioribus quarum fortuna eſt domina. ꝛ hoc intelligendum eſt de felicitate politica ꝛ non ſpeculatiua que conſiſtit in actu ſapientie. Nota fortuna diſcedens inducit merorem: quia dicit Seneca in libro de tranquillitate animi. Letiores reliquit quos fortuna nunq̄ ꝓſpexit ꝙ̄ quos deſeruit. Et Boe. poſtea dicet ꝙ infeliciſſimū genus infortunij eſt felicē fuiſſe. Quod ſi nec ex arbitrio retineri. Hic ponit quartam rationem que talis eſt. Illud quod eſt indicium future miſerie: nec eſt



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

indicium. Neqꝫ enim quod ante oculos ſitum eſt: ſufficit intueri. Rerum exitus prudentia metitur: eademqꝫ in alterutro mutabilitas: nec formidandas fortune minas: nec exoptandas facit eſſe blandicias. Poſtremo equo animo tolleres oportet quicquid intra fortune archam geritur: cum ſemel iugo eius colla ſubmiſeris. Quod ſi manendi abeundiqꝫ ſcribere legem velis: ei quam tu tibi dominam ſponte elegiſti: nonne tu iniurioſus fueris: et impatientia tuam ſortem exacerbabis: quam permutare non poſſis.

carum nec precioſum nec per conſequens de ipſo dolendum: fortuna eſt huiuſmodi ſicut tangit in littera. vnde dicit ꝙ fortuna ſi nec pōt retineri id eſt haberi ex arbitrio id eſt ſecundum voluntatē: ⁊ ipſa fugiens id eſt recedens facit calamitoſos id eſt miſeros: quid aliud eſt, fortuna fugax ꝙ quoddam indicium id eſt ſignuꝫ: future calamitatis id eſt miſerie: enim pro quia: neqꝫ ſufficit intueri id eſt inſpicere illud qđ ſituꝫ eſt id eſt poſitum: ante oculos id ē quod eſt preſens: verum pro ſed: prudentia id eſt homo prudens: metitur id eſt menſurat: exitus id eſt fines rerum: qꝫ pro et: eadem mutabilitas id eſt inſtabilitas: in alterutro id eſt in aduerſitate ⁊ proſperitate: nec facit minas. i. inſidias fortune eſſe formidandas id eſt timēdas: nec facit blādicias eſſe exoptādas. i. deſiderandas. Nota ꝙ calamitas eſt miſeria cū aliquis nihil habet nec in re nec in ſpe. ⁊ eſt dicta a calamo qui ē vacuus ⁊ inanis. Nota ꝙ nō ſufficit ſolum intueri preſentia: ſed etiam futura: quia licet quandoqꝫ prima ſalua fiant iudicia: vltima tñ alterius ſaporis inquinamenta permanebūt. hec in fine de diſciplina ſcholariuꝫ. ⁊ Tullius. ij. rhethorice dicit. Errant qui in ꝓſperis oēs impetus fortune putant effugiſſe ſapiēter cogitant in temporib' proſperis: cauſas aduerſas reformidāt. ⁊ Sene. i de quatuor virtutibus cardinalibus dicit. Si prudēs eſt animus tuus tribus tꝑibus diſpenſetur: preſentia ordina: futura prouide: ⁊ preterita recordare. Nam qui nihil de preterito cogitat perdit vitam. Qui nihil de futuro premeditatur per omnia incautus incedit. pone añ animū tuū mala futura ⁊ bona vt iſta poſſis ſuſtinere ⁊ illa moderari. ⁊ Gaufredus in poetria. Exemplo ſyrenes habe docearis in illis. Sub meliori ſtatu ſemper peiora caueto. Nulla fides rerum ſequitur poſt mella venenum. Et claudit nox tetra diem nebuleqꝫ ſerenum. Poſtremo equo animo. Hic ponit quintam rationem que talis eſt. Quicunqꝫ alterius iugo ſe ſubmittit oportet ꝙ mores eius patienter ſuſtineat ſed homo affectione temporaliū ſubmittit ſe iugo fortune: ergo oportet ꝙ mores fortune patienter tolleret. vnde ſicut iniuſte agit qui vult imponere legeꝫ domine ſue: ita volens imponere legem fortune agit iniuſte: hanc rationem pretendit in littera. Secundo declarat dictum ſuuꝫ per quedā ſimilia. ibi. Si ventis. Primo dicit poſtremo id eſt vltimo dicam ꝙ oportet vt tu tolleres id eſt patiaris: equo animo id eſt cōſtanti animo: quicquid geritur id eſt fit: intra archam fortune id eſt intra munduꝫ: cū ſemel ſubmiſeris id eſt ſubiugaueris colla. ſ. tua iugo fortune appetendo temporalia tanꝙ premia tuorum meritorum: ꝙ pro ſed: ſi velis ſcribere id eſt ſcribendo imponere legem manendi ⁊ abeundi ei quam tibi dominam ſponte elegiſti: nonne fueris in



Si ventis vela committeres: non quo voluntas peteret: ſꝫ quo flatus pelleret promouereris. Si aruis ſemia crederes: feraces inter ſe annos ſterileſqꝫ pēſares. Fortune te regendū dediſti domine: moribus oportet obtemperes. Tu vero voluentis rote impetum retinere conaris. at omnium mortalium ſtolidiſſime ſi manere incipit ſors eſſe deſiſtit.

Libri ſecundi proſa prima explicit.

furioſus: ⁊ impatientia id eſt per tuam impatientiam: exacerbabis id eſt argues: ſortem id eſt fortunam quam non poſſis permutare. Nota ꝙ philoſophia mundū appellat archam fortune: quia ſicut in archa triturando torquentur manipuli: ſic fortuna in mundo torquet homines nunc proſperitate nunc aduerſitate rotando. Nota circa hoc quod dicit, nonne iniurioſus fueris ꝙ iuſticia eſt libertas animi tribuens vnicuiqꝫ quod ſuum eſt ſecundum ſuam dignitateꝫ deo amorem ⁊ obedientiam: maiori reuerentiam: pari concordiam: ⁊ minori diſciplinam. ſi ergo famulus vellet imponere legem domine ſue cui tenetur exhibere reuerentiam operaretur contra iuſticiam. Nota quicunqꝫ afficitur bonis exterioribus ⁊ mutatur ſecundum mutationem eoruꝫ dicitur eſſe ſubiectus fortune ⁊ colla ſua iugo eius ſubmittere; quia fortuna eſt domina bonorum exteriorum. talis autem fuit Boetius: ergo iniuriabatur fortune volens ſibi imponere legem manēdi ⁊ recedendi. Si vētis vela committeres. Hic probat dictum ſuum per quedaꝫ ſimilia: ſcilicet ꝙ fortuna nō ſit i ptāte hoīs dicēs. Si ꝯmitteres vela nauis vētis: tu ꝓmouereris. i. duცereris nō quo volūtas tua peteret id eſt deſideraret: ſed quo flatus vēti te pelleret. Si crederes id eſt committeres ſemina: aruis id eſt agris: tu penſares id eſt iudicares: annos feraces id eſt fertiles: qꝫ pro ⁊ ſteriles inter ſe: ita ꝙ non haberes illos annos in poteſtate tua. a ſimili tu dediſti te regendum fortune: oportet ꝙ obtemperes id eſt obedias moribus domine tue. vero pro ſed tu conaris id eſt laboras: retinere impetum id eſt curſum: voluentis rote id eſt mobilis fortune ⁊ fruſtra laboras. O ſtolidiſſime id eſt ſtultiſſime omnium mortalium neſcis ꝙ ſi ſors id eſt fortuna: incipit manere id eſt ſtabilis eſſe: ꝙ tunc deſiſti id eſt deſinit eſſe ſors. Sicut enim non ſimul ſtant ꝙ aliquis ſit hō ⁊ nō ſit rōalis: ſic nō ſtant ſil' ꝙ nō ſit fortuna ⁊ ñ ſit mutabilis. Nota ꝙ ſicut cōmittens veluꝫ vento amplius non eſt in poteſtate ſua duci quo vult: ſed ſecundum impetum venti ducitur: ⁊ ſicut committens ſemina agro non eſt in poteſtate eius ꝙ proueniat anni fertiles vel ſteriles: ſic a ſimili qui committit ſe fortune non eſt in poteſtate ſua vt habeat fortunam proſperā vel aduerſam. Nota circa hoc ꝙ dicit voluentis rote ꝙ antiquitus fortuna depingebatur cum rota hac ratione. nā in rota ſunt quattuor diuerſitates. vna pars eſt ſumma. alia infima. tertia qua de ſummo deſcenditur ad ymum. quarta qua de ymo aſcenditur ad ſummū. Similiter in hominibus inueniuntur quattuor varietates. quidā enim ſunt in ſumma proſperitate: ⁊ tales ſunt eleuati in rota fortune. Alij ſunt in ſumma aduerſitate: ⁊ tales iacēt deiecti ſub rota. Tertij declinant de proſperitate in aduerſitateꝫ: ⁊ tales deſcēdūt de ſummitate rote. Quarti procedunt de aduerſitate in proſperitatem; ⁊ tales aſcendunt rotā fortune.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Unde eleuatus i rota fortune dicit. Glorior eleuatus. deſcēdens dicit. Deſcēdo mortificatus. deiectus dicit. Infimus axe roror. aſcendens dicit. Letus ad alta vehor. Nota ꝙ natura non aſſueſcit in contrarium. nam ſi lapis millesies proijciatur ſurſum non aſſueſcit aſcendere ſurſum: cum natura eius ſit deſcendere. Sicut ergo eſſet ſtoliſſimus qui laboraret alicui auferre ſui naturam: ſic ſtolidus eſt qui laborat fortune auferre mutabilitatē que eſt eiꝰ natura: ergo dicit phia. at oīz ſtolidiſſime.

Metrū p̄mū ſecūdi libri.

Ec cum ſuperba verterit vices dextra. Hic icipit primum metrum huius ſecūdi quod dicitur yponauticum ab inuentore quia labor nautaꝝ cātu huiuſmodi metri ſubleuatur: ⁊ dicitur metrum iambicum a pede predominante. eſt autē iābus pes cōtrarius trocheo conſtans ex prima breui ⁊ vltia lōga: ⁊ dicitur metrū trimetrum. licet enim hoc metruz habeat ſex pedes: tñ computādo duos pedes pro metro erit metrum trimetruz. In quo metro philoſophia deſcribit mores fortune dicens. Cum hec ſcilicet fortuna verterit vices id eſt alternationes pſperitatis ⁊ aduerſitatis ſuperba dextra: ⁊ cum fertur more euripi id eſt maris: eſtuantis id eſt inundantis: tunc fortuna ſeeua id eſt crudelis proterit id eſt conculcat reges dudū tremēdos id eſt metuendos: ⁊ ipſa fallax ſubleuat de aduerſitate humilem vultum: victi. i. depreſſi: nec ipſa audit fletus: nec curat miſeros id eſt pauperes: ⁊ ipſa exiſtens dura quia nō flectitur ad voluntatem hominum: ridet id eſt deridet: vltro id eſt ſpontanee gemitus ſupple miſerorū quos fecit: ſic illa ludit: ſic pbat id eſt experitur ſuas vires: ⁊ ipſa monſtrat ſuis magnum oſtentū id eſt miraculū. ſi quis viſatur vna hora ſtratꝰ id eſt aduerſitate depreſſus: ⁊ felix id eſt proſperitate eleuatus. q. d. fortuna videtur exhibere ſuis id eſt hominibus qui bonis eius inhiant magnum miraculum: quando aliquis ſubito videtur mutari de aduerſitate in proſperitatē ⁊ econuerſo. Nota ꝙ fortuna dicitur ſuperba eo ꝙ nullum veretur: nec aduertit probitatem nec maliciā alicuius: ⁊ ſi vocatur more ſuperborum obaudit. Nota ꝙ euripus ſecundum aliquos eſt ventus turbinis. ⁊ dicitur euripus quaſi eurus rapidus: ⁊ eſt eurus nomen venti. Secundum alios autem ⁊ forſan melius euripus eſt brachium vel ſinus maris cuius decurſus ē incertus: ⁊ propter incertitudinem ſui curſus frequenter periclitantur ibi naues. ⁊ dicitur ab eu quod eſt bonum ⁊ ripa quaſi bona ripa per contrariuz. ſicut ergo curſus euripi eſtuantis eſt incertꝰ: ſic ⁊ mutabilitas fortune. Nota de operatione fortune qualiter hos eleuat ⁊ hos deprimit: loquitur Alanus in anticlaudiano dicens. Precipitem mouet illa rotam motuſqꝫ laborum. Nulla quies claudit nec ſiſtunt

## Metrum primum libri ſecundi.

Ec cū ſupba verterit vices dextra
Eſtuantis more fertur euripi.
Duduz tremēdos ſeua proterit reges
Humilemqꝫ victi ſubleuat fallax vultum
Nō illa miſeros audit haud curat fletus:
Ultroqꝫ gemitus dura quos fecit ridet:
Sicqꝫ illa ludit ſic ſuas probat vires.
Magnumqꝫ ſuis monſtrat oſtentum
Siquis viſatur vna ſtratus ac felix hora.

## Proſa ſecunda ſecundi libri.





ſecla motu. Hos premit: hos eleuat: hos deijcit: erigit illos. Cogit ⁊ i varios homines deſcendere caſus. ⁊ ſamarienſis alias pauper Henricus. Quicquid agas: quicquid dicas: quicquid pat aris. Non facis vt retrahas que mea dextra trahit. Sic ego primum venerandoqꝫ ſceptra tenebo. Et pro velle meo mel tibi felqꝫ dabo.

Proſa ſecunda ſecundi libri.

Ellem autem pauca tecum. Hic incipit proſa ſecunda huius ſecundi in qua philoſophia probat Boe. non eſſe conquerenduz de fortuna: qꝛ nihil ſibi abſtulit: ⁊ introducit fortunam alloquentem Boe. ⁊ diuiditur: quia primo perſuadet Boe. introductionem fortune. Secundo introduxit eā. ibi. quid tu o homo. Primo philoſophia dicit. O. B. ego phia vellem tecū pauca agitare id eſt diſcutere verbis ipſius fortune. tu vero animaduerte an ius id eſt iuſticia poſtulat hoc. Nota ꝙ ſimilitudo orationis quandoqꝫ generat faſtidium: ideo quādoqꝫ ipſaz oportet mutare. vnde Tullius quarto li. rhethorice dicit Sermonē in dicendo cōmutare oportet: vt facile ſatietas varietate vitet: ideo philoſophia hic variat orationem per introductionem noue perſone vtendo proſopopeya: que figura a Tullio vocatur confirmatio. perſuadet igitur philoſophia Boe. introductionem fortune dicens. Vellem autē ⁊ cetera. Quid tu o homo. Hic philoſophia introducit fortunam alloquentē Boetium que oſtendit querimoniam eius eſſe iniuſtam: quia nihil ſibi abſtulit. Primo ergo fortuna oſtendit ꝙ nihil Boetio iniuſte abſtulit. Secundo quandam reſponſionē Boetij excludit. ibi. An tu mores. primo ergo facit quod dictuz eſt: ⁊ tunc ſecundo reſpondet tacite queſtioni. primo dicit fortuna ad Boe. O tu homo quid agis id eſt vexas vel facis me reaz: quotidianis id eſt aſſiduis querelis. q. d. facere non deberes: quam tibi fecimus iniuriaz: quaſi diceret nullaz. que tua bona tibi detraximus quaſi diceret nulla. contende mecuz in iudicio de poſſeſſione opū ⁊ dignitatum coram quocunqꝫ iudice: ⁊ ſi non monſtraueris aliquid eſſe proprium horum bonorum cuiuſquā

Ellem autem pauca tecum fortune ipſius verbis agitare. Tu igitur an ius poſtulet aiaduerte. Quid tu o homo reaz me quotidianis agis querelis. Quam tibi fecimus iniuriam. Que tibi tua detraximus bona. Quouis iudice de opum dignitatumqꝫ mecum poſſeſſione contende. Et ſi cuiuſꝙ mortalium proprium: quid horum eſſe monſtraueris ego ea tua fuiſſe que repetis ſpōte cōcedā. Cuz te matris vtero natura produxit: nudum rebus omnibus inopemqꝫ ſuſcepi: te meis opibus foui: ⁊ quid te nunc impacientem noſtri facit: fauore prona indulgentius educaui. Et omniū que mei ſunt iuris affluentia ⁊ ſplendore circundedi. Nunc mihi retrahere manuz libet. habes gratias velut vſus alienis. Nō habes ius querele: ꝙꝙ tua perdideris prorſus.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

mortalium ego ſponte concedam tibi ea que repetis fuiſſe tua. ꝙ autem non ſint tua
nec alicuius hominis propria probo tibi: quia cum natura produxit te de vtero ma-
tris: ego ſuſcepi te nudum ⁊ inopem id eſt carentem omnibus rebus: ⁊ foui te me-
is opibus: ⁊ ego prona id eſt prompta: educaui id eſt nutriui te: indulgentius id eſt
clementius: fauore id eſt gratia mea: quod te nunc facit impacientem noſtri id eſt con

**Quid ergo ingemiſcis: nulla tibi a nobis**
**illata eſt violentia. Opes honores cete-**
**raqꝫ talium mei ſunt iuris. dominam fa**
**mule cognoſcunt: mecum veniunt: mecuꝫ**
**diſcedunt. Audacter affirmeꝫ ſi tua forēt**
**que amiſſa conqueris: nullo modo perdi**
**diſſes. An ego ſola meum ius exercere**
**prohibeor. Licet celo proferre lucidos di**
**es: eoſdemqꝫ tenebroſis noctibus conde**
**re: licet anno terre vultum nunc floribus**
**frugibuſqꝫ redimere. Nunc nimbis frigo**

tra nos: quia ſi Boetius
a principio nō fuiſſet nu-
tritus proſperitate fortu
ne: non fuiſſet impatiens
de amiſſione eius. ⁊ ſub-
dit. Ego circundedi te af
fluentia ⁊ ſplendore om-
nium bonorum que ſunt
mei iuris id ē ptātis: nūc
autē liber id eſt placet mi
hi retrahere manuꝫ: tu ha
bes gratiam id eſt mihi
referre grates tanꝙ vſus
alienis: non habes ius q̄
rele ꝙꝙ tua perdideris.
Quid igitur ingemiſcis
querulādo: nulla tibi a no
bis illata eſt violentia: o-
pes honores ⁊ cetera taliuꝫ ſunt mei iuris id eſt poteſtatis: ⁊ famule mee ſcilicet hono
res ⁊ poteſtates cognoſcunt me dominam: mecum veniunt: mecum diſcedunt. Au-
dacter affirmeꝫ ſi tua forent que cōquereris amiſſa nullo modo ea perdidiſſes. No
ta ꝙ tota ratio fortune in hoc conſiſtit. Nulli manet rationabilis querimonia de eo
qui nihil aliorum aufert: ſed propria pro ſuo libito diſponit: ſed fortuna nihil abſtulit
quod erat Boetij: ſed propria diſpoſuit pro ſuo libito: ergo ⁊ cetera. Nota de hoc ꝙ
dicit que tibi tua. Seneca dicit in de remedijs. Non eſt tuum quod fortuna fecit eſſe
tuum. Alienum eſt omne quicquid optando euenit: ⁊ nihil ipſius proprium putar ili
cet quod eripi poteſt. Nota ꝙ homo producitur nudus ex vtero matris: per hoc
innuitur magna eius miſeria. ſi enim homo nudus naſcitur ⁊ nullo indigeret minus
eſſet miſer: ſed quia nudus naſcitur nihil poſſidēs ⁊ pluribus indigens: ideo magis
miſer eſt. vnde pauper henricus. Primus in mundo tecum tua quanta tuliſti. Nu-
dus eras primo ⁊ poſtea nudus eris. Nota ꝙ bona exteriora non ſunt propria ho
minis: quia dicit Seneca. Nihil proprium dicas quod mutari poteſt fortuna. repo-
ſcit quod dedit. donum quod dari potuit: auferri potuit: ⁊ quod fortuna non dedit
non eripit.

An ego ſola meum ius exercere. Hic reſpondet tacite queſtioni. diceret aliquis
fortune. licet bona exteriora ſint tua: tamen poſtꝙ ea homini contuliſti non deberes
amplius auferre. huic queſtioni reſpondet fortuna dicens: ꝙ homo eſſet cōtra ius ⁊
contra naturam ſuam quā nullus debet ſibi auferre: imo dꝫ vti ſicut cetere res vtūtur
ſua natura. vnde dicit. Nūquid ſola ꝓhibeor exercere ius meū: cuꝫ omnia alia exercēt





naturam ſuam: quod declarat: quia licet id eſt licitum eſt celo proferre lucidos diēs:
⁊ eos condere id eſt abſcondere tenebroſis noctibus: ⁊ licet anno redimere id eſt orna
re: vultum id eſt ſuperficiem terre: nunc id eſt aliquando floribus ſicut in vere: nunc
frugibus ſicut in eſtate: nunc confundere eam nimbis id eſt pluuijs: ⁊ frigoribus ſi
cut in autumno ⁊ hyeme: ius id eſt natura eſt mari: nunc id eſt aliquādo ſcilicet tem
pore ſereno: blandiri id eſt
blandum eſſe: equore ſtra
to id eſt pacifico: ſed tem
pore tempeſtatis inhorre
ſcere id eſt horriduꝫ appa
rere: ꝓcellis ac fluctibus
id eſt inūdationibus: nū
quid inexpleta id eſt inſa-
tiabilis cupiditas homi
num: alligabit nos ad cō
ſtantiam alienaꝫ noſtris
moribus quaſi diceret. nō
enim hec eſt noſtra vis. i.
naturalis poteſtas: hunc
ludum continuum id eſt
omni tēpore vel continue
ludimus: rotaꝫ verſamus
volubili orbe id eſt veloci
circulatione: ⁊ nos gau-
demus mutare infima id
eſt aduerſa ſummis id eſt
proſperis: ⁊ ſumma infi-
mis id ē proſpera aduer
ſis. Tu Boeti. aſcende
rotam noſtram ſi placet:
ſed ea lege id eſt conditio
ne vti: ne putes tibi fieri

**ribuſqꝫ cōfundere. Jus eſt mari nunc ſtra**
**to equore blandiri: nunc procellis ac flu**
**ctibus inhorreſcere. Nos ad conſtanti**
**am noſtris moribus alienaꝫ inexpleta ho**
**minum cupiditas alligabit. hec noſtra vis**
**eſt: hunc continuum ludum ludimus.**
**Rotam volubili orbe verſamus: infima**
**ſummis: ſumma infimis mutare gaude**
**mus. Aſcende ſi placet: ſed ea lege ne vti**
**cum ludicri mei ratio poſſet deſcendere**
**iniuriam putes. An tu mores ignorabas**
**meos. Neſciebas Creſum regem lydo**
**rum Cyro pauloante formidabileꝫ: mox**
**deinde miſerandum rogi flammis tradi**
**tum miſſo celitus imbre defenſum. Nūc**
**te preterit paulum perſi regis a ſe capti**
**calamitatibus pias ipendiſſe lachrymas.**

iniuriam ſi contingit te deſcendere cum ratio mei ludicri id eſt ludi iocoſi hoc poſcet
Nota ꝙ quelibet res in ſua naturali operatione delectatur: fruſtra ergo laborat qui
naturam rei auferre conatur: cum natura non aſſueſcat in contrarium. vnde pauper
Henricus. Nonne ſua licet quis ſic vtatur arte. Quod ſi ſors dederit vtitur omnis ho
mo. Miles equis: piſcator aquis: ⁊ clericus hymnis. Nauta fretis pugiles marte: po
ete metris. Ruſtic⁹ arua parat: numerat mercator auarus. Uirgo legit flores: ſtultus
amator amat. Seminat in ſpinis nature iura retractans. Nota ꝙ dicit cupiditatē
hominum eſſe inexpletam: quia dicit Ariſtoteles ſecundo politicorū. Infinita eſt con
cupiſcentia hominum ad cuius repletionem multi viuunt. Et Seneca. xvi. epiſtola.
Naturalia deſideria finita ſunt. ex falſa autem opinione naſcentia vbi deſinant non
habent. ⁊. lxij. Epiſtola. Omnia aliquis contemnere poteſt: omnia autem habere
non pōt. An tu mores ignorabas meos. Hic fortuna excludit quandam reſpon-
ſionem Boetij. Poſſet enim dicere Boetius. O fortuna ego conqueſtus ſum de tua
mutabilitate: quia ignoraui mores tuos. Hanc reſponſionē excludit fortuna ꝑ plura.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

**Quid tragediarum clamor aliud defle**t**: niſi indiſcreto ictu fortunaꝫ felicia regna vertentem. Nonne adoleſcētulus duo dolia: vnum quidem malum aliud autem bonuꝫ in iouis limine iacere didiciſti. Quid ſi vberius de bonorum parte ſumpſiſti. Quid ſi a te nō tota diſceſſi. Quid ſi hec ip̄a mei mutabilitas iuſta tibi cā̄ eſt ſperā di meliora. Tū̄ ne aio cōtabeſcas: ⁊ intra**

Nota Boetium ex quibus poterat perpendere mores ⁊ ſtabilitatem ſuam ⁊ dicit: Nunquid tu ignorabas mores meos: quaſi diceret: nōne ſciebas quomodo Creſus rex lydorū: qui prius erat formidabilis Cyro regi perſarum: ſed poſtea captus fuit a Cyro ⁊ traditus ignibus ad cremandum: ſed imbre miſſo celitus fuit defenſus ⁊ euaſit? Nunquid etiam preterit te quomodo paulus conſul romanus fudit pias lachrymas ſuper calamitatib⁹ id eſt miſerijs Perſi regis queꝫ captiuauerat? quid enim aliud deflet clamor tragediaruꝫ id eſt poematum reprehendentium vicia hominum: niſi me fortunam vertenteꝫ felicia regna indiſcreto ictu id eſt incerto euentu: nonne exiſtens adoleſcentulus didiciſti iacere in limine id eſt in domo iouis duo dolia vini: vnuꝫ quidem bonum: aliud autem malū: de quibus oportuit vnū⸗quemq̄ intrantem guſtare? Quid conquereris ſi vberius de bonorū parte ſumpſiſti: quid conquereris ſi a te non tota diſceſſi. quid conquereris ſi hec ipſa mei mutabilitas eſt tibi iuſta cauſa ſperandi meliora id eſt proſpera: tamen ne pro non: contabeſcas id eſt deficias animo: ⁊ tu locatus infra cōmune regnum omnibus ſcilicet in mūdo deſideras viuere proprio iure: quia hoc eſſe non poteſt vt eſtimaris a communi lege hominum. Nota ꝙ cum Creſus rex lydorum eſſet pugnaturus contra regem perſarum: ipſe conſuluit appolinem de ſucceſſu pugne: qui reſpondit ſibi huiuſmodi verſiculo. Creſus perdet Alim tranſgreſſus plurima regna. Alim eſt fluuius quidaꝫ. quē verſiculuꝫ Creſus ſic intellexit: ꝙ Creſus trangreſſus Alim perdet id eſt deſtruet plurima regna ipſius Cyri. ſed appolo ſic intellexit. Creſus tranſgreſſus Aliꝫ: perdet id eſt amittet plurima regna ſua: ⁊ hoc contigit. nam ipſe cum tranſgreſſus eſſet Alim victus eſt a Cyro ⁊ in ignem poſitus: ſed tanta inundatio pluuie facta fuit ꝙ extinctus fuit ignis ⁊ euaſit. de quo cum multum gloriaretur dixit filia ſua nomīe ffauia. O pater expecta vltimam diem: anteq̄ non eſt gloriandum. Quadam vero nocte vidit Creſus in ſomno ꝙ eſſet ſuper altam arborem: vbi Jupiter eum rigabat ⁊ Phebus eum ſiccabat. quod ſomnium cum retuliſſet filie ſue. reſpondit filia. Tu eris captus a Cyro ⁊ in cruce ſuſpenſus: vbi iupiter id eſt pluuia te rigabit: ⁊ phebus id eſt ſol te ſiccabit: quod ad vltimum contigit: ex quo poteſt perpendi mutabilitas fortune. Nota ꝙ paulus conſul romanus miſſus fuit pugnare contra regem perſarum qui erat ſuperbiſſimus hominum. cum autem ipſum deuiciſſet: conſiderans proſperitatem preteritam et aduerſitatem preſentem eius: motus pietate fleuit ſuper ipſum et dimiſit eum: ex quo ſimiliter perpenditur mutabilitas fortune. Nota ꝙ tragedia eſt carmen reprehenſiuum viciorum incipiens a proſperitate deſinens in aduerſitate. et dicitur a tragos grege quod eſt hircus latine ⁊ odos cantus: quia cantus huiuſmodi carminis hirco remunerabatur: inde dicuntur tragedi poete qui antiqua geſta ⁊ facinora ſceleratorū regū luctuoſo carmine populo ſpectante id ex reſpiciēte





**commune omnibus regnum locatus proprio iure viuere deſideras.**

## Metrū ſecundum libri ſecundi.

**Si q̄tas rapidis flatibus incitus:**  
**Pōthus verſat arenas.**  
**Aut quod ſtelliferis edita noctibus:**  
**Celo ſydera fulgent.**  
**Tātas fundat opes: nec retrahit manum**  
**Pleno copia cornu.**  
**Humanum miſeras: haud ideo genus**  
**Ceſſat flere querelas.**  
**Quāuis vota libens excipiat deus:**

concinebant ſicut dicit Iſidorus libro ethymologiarū. Nota Homerus volens oſtēdere mutabilitatem fortune deſcribit in domo Jouis iacere duo dolia vini: vnum bonum aliud malum: ⁊ omnes intrantes domum de vtroq̄ oportebat guſtare: ſed quoſdam plus de bono: quoſdam vero plus de malo: ⁊ hec deſcriptio publice depingebatur Athenis in templo iouis vbi Boetius ſtuduit adoleſcens exiſtens ſicut ipſe teſtatur in de ſcholarium diſciplina. Per domum auteꝫ iouis homerus ſignificabat mundum: per duo dolia proſperitateꝫ ⁊ aduerſitatem: ⁊ omnes qui viuunt in mundo de vtroq̄ guſtant: quidam plus de proſperitate: quidā plus de aduerſitate. Nota dicit fortunam ſubuertētia felicia regna. dicit Gaufredus i poetria. Hoc vnū preſcire potes ꝙ nulla poteſtas. Eſſe moroſa pōt: q̄ res fortuna ſecundas. Imperat eē breues ſi vis exempla priores. Reſpice fortunas enarrāt illa priorūꝫ. Florida proſperitas minos ſubuertit athenas Illuꝫ atrides magne carthaginis arces. Scipio: ſ multi ſunt romani ſalia fati. Tempora verſa breui: breuis eſt diſtantia leti. Omnis et meſti nox eſt vicina diei. Hec aliena docent: ⁊ te tua facta docebunt.

Metrum ſecundum ſecundi libri.

Si quantas rapidis flatibus incitus. Iſtud eſt ſecundum metrum huius ſecūdi quod dicitur aſclepiadum ab inuentore: coriambicum a pede predominā te. quid ſit pes coriābus prius habitum eſt: et conſtat illud metrum ex primo ſpondeo ⁊ duobus coriambis: ⁊ pirrhichio vel iambo: quale metrum eſt illius hymni. Sanctorum meritis inclyta gaudia. Secundum metrum dicitur ferregratium ab inuentore: conſtans ex primo ſpondeo. ſecundo dactilo. tertio ſpondeo vel trocheo. In hoc ergo metro fortuna conqueritur de inexpleta cupiditate hominū dicens. Si copia id eſt fortuna quam gentiles deam copie appellabant pleno cornu fundat hominibus tantas opes quantas arenas verſat ideſt voluit: pontbus id eſt mare: incitus id eſt commotus: rapidis flatibus id eſt impetuoſis ventis: ⁊ ſi fundat tantas opes quod ſydera fulgent in celo: edita id eſt orta ſtelliferis noctibus ⁊ ipſa copia nō retrahit man auferendo opes: haud pro non: ideo humanum genus ceſſat flere id ē flēdo proponere miſeras querelas. ⁊ quamuis deus prodigus id eſt diues multi auri id eſt ad modum prodigi multum aurum diffundens: ipſe deus libens excipiat vota hominum: ⁊ ornet auidos id eſt cupidos claris honoribus: tamen iam parta id eſt acquiſita ⁊ poſſeſſa nil videtur eis; ſed ſeua rapacitas vorans queſita id eſt acquiſi⸗

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ta:pādit.i.manifeſtat:alios hiatus.i.receptacula cupiditatis.Et tūc q̄rit fortuna q̄ iam frena retentent id eſt detinebunt certo fine: cupidinem id eſt auariciam hominū precipitem id eſt precipitantem hominem: cum ſitis id eſt deſiderium habendi fluēs largis muneribus ardeſcit in homine:⁊ ideo ille qui intrepidus terrore aduerſitatis ⁊ gemens credit ſeſe egentem; ille nunquam diues agit id eſt vitam ducit. Nota circa hoc ꝙ dicit pleno copia cornu: ꝙ cum Hercules quodaʒ tempore luctaretur cuʒ Achileo:⁊ achileus mutaret ſe i thauruʒ: Hercules apphēdēs ipſum per cornu effregit illud: ⁊ repletuʒ pomis ⁊ floribus odoriferis ſacrificauit illud fortūe: quod cornu dicitur fortuna quibuſdaʒ propinaſſe plenū: quibuſdam vacuum: quibuſdam ſemiplenum:ſecūdum diuerſum ſtatum proſperitatis ⁊ aduerſitatis hominum. Nota ꝙ fortuna inuehitur cōtra auariciam hominum: quod Tullius in libro tuſculanarum queſtionuʒ.d.auaricia ſtudiū pecunie habʒ quā nemo ſapiens cōcupiuit.ea enim quaſi malis veniens imbuta corpus animumq; virilem offendit. ipſa eim inſatiabilis manens neq; copia neq; inopia minuitur.⁊ in eodē hoc dicit.Quid eſt ꝙ multi cupiditate pecunie feruntur: quoruʒ ita perturbantur animi:vt non multum abſint ab inſania.⁊ dicit Seneca epiſtola.lxxv. Auaricia nunq̄ habʒ maius malum niſi ꝙ ingrata eſt.⁊.lxxij.epiſtola.Auaros comparat canibus dicēs. Vidiſti aliquem canem miſſum a domino panis fruſtra aut carnis aperto ore captantem quicquid arripit protinus integrum deuorat:⁊ ſemper ad ſpem futuri inhiat. Idem etiā euenit nobis quicquid nobis fortuna expectantibus porrigit:illud ſine omni voluntate dimittimus:⁊ ſtatim ad rapinam alterius erigimur. Nota qui credit ſe egentem non eſt diues ſed pauper:quia dicit Seneca prima epiſtola. non qui parum habet:ſed qui plus cupit pauper eſt.Quid enim refert quantum illi in archa:quantum i horreis iaceat: ſi alieno hiatu imminet. Nota ꝙ diuitie non tollunt auariciā:ſed augmentant. vnde Seneca decimaſexta epiſtola dicit. Congregatur in te quicquid locupletes poſſederunt:vltra priuatum pecunie modum fortuna te prouehat:auro tegat:purpura veſtiat:terram marmoriq; occultat:accendant ſtatue ⁊ picture:⁊ quicqd vlla ars elaborauit maiora cupere ab his deſiſtes.vnde Iuuenalis. Interea pleno dum turget ſaculis ere.Creſcit amor nummi quantum pecunia creſcit.

Multi prodigus auri.
Et claris auidos ornet honoribus:
Nil tam parta videntur
Sed queſita vorans ſeua rapacitas:
Alios pandit hiatus.
Que iam precipitem frena cupidinem
Certo fine retentent
Largis cum potius muneribus fluens
Sitis ardeſcit habendi.
Nunq̄ diues agit qui trepidus gemens
Seſe credit egentem.

## Proſa tertia libri ſecundi:

Proſa tertia ſecundi libri.





His igitur ſi pro ſe tecum fortuna. Hic incipit tertia proſa huius ſecundi in qua philoſophia probat Boe.non debere conqueri de fortuna:quia multa bona ſibi contulit.⁊ primo inquirit philoſophia quid ſentiat de dictis fortune. ſecundo bona fortune ſibi collata enumerat.ibi.verumtamen.Primo oſtendit philoſophia ꝙ Boetius nihil habeat loqui contra fortunam.Secundo Boetius reſpōdet Tertio philoſophia eius reſponſionem approbat ſicut patebit. dicens primo.ſi fortuna loqueretur tecū his verbis pro ſe:profecto pro certe:tu non haberes quid contra hiſceres id eſt non haberes vnde aperires os ad reſpondendum fortune. at ſi qd eſt quo tuam querelaʒ iure tuearis: oportet id ē neceſſe eſt vt proferas.dabimus tibi locum dicendi. Tuʒ ego Boetius inquā id eſt dixi vel reſpondi.Speciosa quideʒ ſunt iſta que fortuna dixit: et ſunt oblita id eſt delinita: melle id eſt delectatione rhethorice dulcedinis ſcilicet quantum ad proſaʒ: ac pro et muſice dulcedinis: ſcilicet quantum ad metrum:⁊ tantum tum.i.tunc:oblectant id eſt delectant animum meum cum audiuntur:ſed ſenſus id eſt perceptio malorum: ⁊ altior id eſt profundior miſeris quam iſti poſſint attingere:quaſi dicat quāuis verba fortune ſuperficialiter me delectent: tamen ad profunditatem mei doloris non attingunt. Itaq; id eſt ergo: cum hec verba fortune deſierint id eſt ceſſauerint inſonare auribus meis:meror incitus id eſt immiſſus pregrauat animum meum.Tunc philoſophia approbat reſponſionem Boetij dicens.Ita eſt.hec enim verba fortune nondum ſunt remedia tui morbi: ſed ſunt quedam fomenta id eſt linimenta: aduerſum curationem id eſt contra ſanationem contumacis doloris.nam remedia que penetrant id eſt immittunt ſeſe in profundum perturbationum expellendo cauſam radicalem tui morbi: iſta amouebo id eſt apponā cum fuerit tempeſtiuum. Nota ꝙ Boetius nihil habuit loqui contra verba fortune quia verum dicit: ⁊ contra veritatem non eſt loquendum. Nam vero omnia conſonant:⁊ veritas ſibijpſi atteſtatur ſecundum Ariſtotelez. Nota hiſco eſt verbū inchoatiuum:⁊ profertur per ſincopam:quia regulariter deberet dici hiaſco.vnde hiſcere ē hiatum inchoare:cum aliquis aperit os. Nota ꝙ oblitus altera producta eſt participiū huius verbi obliuiſcor. Sed oblitus altera correpta deſcēdit a vbo oblinio: ⁊ oblitus idē eſt ꝙ maculat?.vnde verſus. Immemor oblitus notat;oblit? eſt maculat?

His igitur ſi pro ſe tecuʒ verbis fortuna loqueretur:quid profecto cōtra hiſceres non haberes. At ſi quid eſt quo querelam tuam iure tuearis proferas oportet. dabimus tibi dicendi locum. Boe. Tum ego ſpecioſa quidem iſta ſunt inquaʒ. Oblitaq; rhethorice ac muſice melle dulcedinis: tum tantum cum audiuntur oblectant. Sed miſeris malorum altior eſt ſenſus. Itaq; cum hec auribus iſonare deſierint: iſitus animū meror pregrauat. Philoſophia. Et illa ita ē inquit. Hec eni nonduʒ morbi tui remedia:

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Nota circa hoc ꝙ dicit inſitus meror animum aggrauat: ꝙ quis non doleret de infortunio nulli contingit niſi animo multum eleuato ſuper fortunam: quia dicit Seneca.lxv.epi.plus equo aīo te dolere nolo; ſed vt non doleas vix exigere audeo. nulli autem iſta firmitas animi contingit niſi multum ſupra fortunam eleuato. ⁊ ſubdit.illud agamus vt iocunda nobis fiat amiſſorum recordatio, nemo libenter ad id redit quod non ſine tormēto cogitaturus eſt. Nota ꝙ per rhetoricam ⁊ muſicā dulcedinem fortune Boe. adhuc non fuit reſtitutus virtuti ⁊ ſapientie: quod atteſtatur eius meror aggrauans animum. Nam virtus et ſapientia dolorem ⁊ merorem opprimit: vnde Seneca.lxv.epiſtola. Quemadmodum minuta lumina claritas ſolis obſcurat: ſic dolores meſticias: iniurias: ſapiētia ⁊ virtus ſua magnitudine elidit atqꝫ opprimit. Uerumtamen ne te exiſtimari miſerū velis. Hic philoſophia enumerat bona fortune Boetij collata: ratione quorum non debuit ſe eſtimare miſerum. ⁊ primo enumerat bona preterita que ipſum felicem fecerunt. poſtea enumerat in quarta proſa bona que ipſum in preſenti felicem oſtendunt. primo igitur philoſophia deſcribit felicitatem ſuam preteritam. ſecundo excludit qu ndam obiectionē.ibi. Quod ſi idcirco. Primo enumerat quedam bona communia. ſecundo magis ſpecialia. ſecūda ibi. Preterea libet. Primo dicit. O.B.ne.i.nō velis te exiſtiare miſerū: nūquid oblitus es numeꝝ: ꝙ p ⁊ modū felicitatis tue. taceo id eſt pertrāſeo: ꝙ te deſolatum id eſt priuatum: parente id eſt patre ⁊ matre: cura ſummorum virorum id eſt cōſulum romanorum te ſuſcepit: ⁊ tu delectus id eſt de alijs electus in affinitate principum ciuitatis cepiſti prius eſſe carus ꝙ proximus: quod eſt precioſiſſimum genus propinquitatis. quis non predicabit te feliciſſimum cum tanto ſplendore tuorum ſocerorum: cū tanto pudore coniugis id eſt vxoris: ⁊ cū oportunitate id eſt oportuna felicitate maſculine prolis: quaſi diceret nullus eſt qui non iudicauerit te felicem in his. Nota ꝙ triplex eſt genus propinquitatis. Primum quod contrahitur ex genealogia: ⁊ in tali propinquitate aliquis ſimul efficitur proximus ⁊ carus. nam frater fratri eſt carus ⁊ propinqu⁹. Alia eſt propinquitas que contrahitur ex matrimonio: ⁊ vocatur affinitas: ⁊ in tali propinquitate aliquis prius efficitur propinquus ꝙ carus. Tertia propinquitas contrahitur ex hominis moribus ⁊ virtutibus: ⁊ hoc eſt precioſiſſimū genus propinquitatis: ⁊ in tali aliquis prius efficitur carus ꝙ propinquus: et ſic Boetius prius factus fuit romanis principibus carus ratione virtutis ꝙ propinquus matrimonium contrahendo cum eis. Nota ꝙ philoſophia dicit Boetium fuiſſe felicē ſplendore ſocerorum in plurali; cum tamen non habuerit niſi vnum ſocerum; nam ſocer dicitur: cuius filiam aliquis ducit: ⁊ non legitur ꝙ Boetius habuit duas vxores. ad hoc poteſt dici ꝙ hic accipitur ſocer large non tantum pro patre vxoris: ſed etiaꝫ pro fratre q̄ large etiā poteſt dici ſocer: ergo dicit plr̄r ſoceroꝝ. Nota ꝙ ex trib⁹ phīloſophia dicit Boetiuꝫ felicem fuiſſe: ex honeſtate ſocerorum: ex pudore coniugis: ex oportunitate maſculine prolis id eſt ſuorum filioꝝ. Preterea libet eniꝫ preterire cōmunia. Hic philoſophia enumerat quedam bona ſpecialia ex quibus Boe. non debet ſe eſtimare miſeruꝫ ⁊ dicit. ego pretereo id eſt pertranſire volo: q̄a mihi libet preterire communia ſupple bona: ⁊ delectat me venire ad ſpecialem cumulum tue felicitatis: ſcilicet aſſumptas dignitates in adoleſcentia negatas ſenib⁹. ⁊ ſubdit: ſi quis fructus mortaliuꝫ rerū habet vllum pondus beatitudinis: id eſt ſi propter aliquod tēporale bonum homo debet dici felix: poterit ne memoria illius lucis id eſt tue felicitatis quam iaꝫ dicam deleri quantalibet mole id eſt quocunqꝫ pondere ingruentium malorum: quaſi diceret non poteſt deleri. ⁊ que eſt illa felicitas cuꝫ tu vidiſti liberos tuos id eſt filios tuos pariter conſules id eſt in cōſules electos: prouehi id eſt duci de domo tua: ſub frequentia id eſt diligentia patrum ſcilicet ſeniorum: ⁊ ſub alacritate id eſt ſub gaudio plebis ⁊ tu cum eiſdem filijs tuis inſidentibus: curules id eſt ſedes iudiciarias: orator id eſt predicator regie laudis meruiſti gloriam ingenij ⁊ facundie: cum tu medius in circo id eſt in circulatione duoruꝫ conſulum ſcilicet filiorum tuoruꝫ ſaciaſti expectatione circūfuſe multitudinis: triumphali largitione id eſt victoriali triumphatione vt ego opinor: tu dediſti verba id eſt deceptiones fortune cum te illa demulcet duꝫ te fouet vt ſuas delicias: tu abſtuliſti munus quod nunꝙ cōmodauerat vlli id eſt alicui: priuato id eſt extraneo. vis ne cum fortuna ponere calculum id eſt computationem: nunc ipſa fortuna primum perſtrinxit te oculo; liuenti id eſt inuido. ſi conſideres numerum ⁊ modum letorum: ve pro vel triſtium id eſt proſperitatis ⁊ aduerſitatis adhuc non poſſis te negare felicem. Nota philoſphia per hoc ꝙ dicit pretereo ⁊ prius dicit taceo vtitur quoddaꝫ colore rhethorico qui dicitur occupatio. ⁊ diffinitur ſic a tullio. Occupatio eſt cū dicimus nos preterire: aut neſcire: aut nolle dicere illud quod tamen maxime dicimus. Nota ꝙ mos erat romanorum ante.xxx.annos nulli conferre aliquam dignitatem: niſi propter ſingularem dignitatem vel probitatē: vel ꝓpter publice rei euidentē vtilitatē. Boe. aūt in adoleſcētia ante.xxx.annos electus fuit in conſuleꝫ: ⁊ hoc phīa vocat felicitatem communem

ſed adhuc contumacis aduerſus curationem doloris fomenta quedam ſunt. Naꝫ que in profundum ſeſe penetrant: cum tēpeſtiuum fuerit amouebo. Uerumtamen ne te exiſtimari miſerum velis: an numerum modumqꝫ tue felicitatis oblitus es. Taceo ꝙ deſolatum parente ſummorum te viroruꝫ cura ſuſcepit: delectuſqꝫ in affinitatem principuꝫ ciuitatis: quod precioſiſſimum propinquitatis genus eſt: prius carus ꝙ proximus eſſe cepiſti. Quis nō te feliciſſimum cum tāto ſplēdore ſoceroruꝫ





cuꝫ coniugis pudore: cū maſculine quoqꝫ plis oportunitate predicabit. Pretereo libet eiꝫ preterire communia: aſſumptas in adoleſcentia negatas ſenibus dignitates: ad ſingulareꝫ felicitatis tue cumuluꝫ venire delectat. Siquis rerum mortaliuꝫ fructus vllum beatitudinis pōdus habꝫ: poterit ne illius memoria lucis quantalibet ingruētiuꝫ malorum mole deleri. Cū duos pariter conſules liberos tuos domo prouehi ſub frequentia patruꝫ ſub plebis alacritate vidiſti cum eiſdem in curia curules iſidentibus: tu regie laudis orator ingenij gloriam facundie meruiſti: cum

non quod communiter omnibus hoc concederetur: ſed quia non ſoluꝫ Boe. ſed alijs paucis hoc accidit. Refert enim Tullius in libro de amicitia: ꝙ Scipio ante triginta annos bis factus eſt conſul. ſimiliter Germanicus iuuenis cõſul factus ē ante. xxx. annos: ſed ſingularem felicitatem Boe. tangit dicens. Cum duos pariter cõſules. Nota ꝙ ſecundum Iſidorum in li. ethymologiarũ curules erant ſedes in quibus magiſtratꝰ ſedentes iura reddebant. ⁊ dicuntur curules a curru: quia tali ſede vtebantur in curru iudices quo vehebãtur: vt expeditius populo iudicia redderent. Nota ꝙ conſuetudo erat apud romanos id electione conſuluꝫ habere ſermonem ad populum de laudibus regū ⁊ electorum in magiſtratum: ⁊ ſi bene predicauit inde gloriam conſequebatur. huiuſmodi ſermonem fecit Boetius in electione ſuorum filiorum in conſules: ⁊ exinde ſua gloria

in circo duorum medius conſulum circunfuſe multitudinis expectatione triũphali largitione ſatiaſti. dediſti vt opinor verba fortune dum te illa demulcet: dum te vt ſuas delicias foueret. Munus quod nulli vnquam priuato commendauerat abſtuliſti. Vis ne ergo cum fortuna calculum ponere. Nunc te primuꝫ liuienti oculo proſtrinxit. Si numerum modumqꝫ letorum triſtium ve conſideres: adhuc te felicem negare non poſſis. Quod ſi idcirco

fuit geminata. ⁊ quia conſimilis ſermo conſueuit fieri in triumphis in laudem eorum qui obtinuerant victoriam: ideo huiuſmodi ſermonem vocat triumphalem largitionem. Nota qui bonum aliquod promittit: ⁊ non adimplet ille dat verba ⁊ non rem ⁊ ſic decipit. ergo dicit philoſophia dediſti fortune verba id eſt deceptiones promittendo ei aliq̃d boni ꝙ ipſa te ita fouet. Nota ꝙ calculus i vna ſignificatione ē paruus lapillus qui calcando non ledit: ⁊ quia talibus lapillis vtebãtur antiqui in computando: ideo calculare vel calculum ponere ponitur pro computare vel pro rationē ponere. ergo dicit philoſophia. Vis ne ergo cum fortuna calculum ponere: quaſi diceret non debes: ſi computabis cum ea ipſa inueniet te multo feliciorem quam miſeruꝫ

Qđ ſi idcirco te fortunatū eſſe. Hic philoſophia excludit quandã obiectioneꝫ. poſſet aliquis dicere: hec predicta bona non faciunt me felicem: quia ſunt trãſitoria. hãc obiectionem excludit philoſophia dicens. Quod pro ſed: ſi non eſtimas te fortunatum id eſt felicem: quoniam pro quia illa abierunt que tunc videbantur leta. etiam nõ debes te eſtimare miſerum: quia que nunc creduntur id eſt videntur meſta pretereunt An nunc pro nunquid tu veniſti primum in hãc ſcenaꝫ id eſt vmbram vite: ſubitus id eſt improuiſus: qꝫ pro et: hoſpes id eſt aduena tu ignores que gerantur in hac vita: ne pro nunquid: reris id eſt opinaris vllam conſtantiam ineſſe humanis rebus cum ipſum hominem ſepe diſſoluat velox hora mortis. nam ſi fortuitis rebus eſt fides permanendi licet rara: tamen vltimus dies vite eſt quedam mors fortune etiam manentis fortune. quid igitur putas referre id eſt diſtare: ne id eſt an tu deſeras illam fortunam moriendo: an pro vel illa te deſerat fugiendo: quaſi diceret nihil refert q̃tuꝫ ad inconſtantiam fortune ſiue fortuna hominem deſerat ſiue deſeratur: manifeſtum eſt ꝙ permanere non poteſt. Nota ꝙ in rebus humanis non eſt conſtantia: cuius ratio eſt. In iſto quod eſt genitum nulla eſt conſtantia: quia nihil eſt genitum quod non ſit





corruptibile ⁊ non permanēs: ſed res humane ſunt genite ⁊ producte: ergo ⁊c. Notandum ꝙ non eſt durabilis fortune proſperitas: quia ipſam cito fugat aduerſitas. vnde Gaufredus in poetria. Omnibus ne crede tuis ſi tempore paruo. Illuxere tibi mox ſunt clauſura ſerenum. Nubila fata diem: inducentqꝫ crepuſcula noctem. propter quod non eſt adhibenda fides rebus fortuitis. Nota ꝙ philoſophia tangit vnam rationem ꝙ fortuna nõ ſit conſtans que talis eſt. homo non eſt cõſtãs: ergo nec fortuna. ãtecedēs patet: qr hominem ſepe diſſoluit velox hora mortis. cõſequentia ꝓbatur ex hoc: qr fortuna non habet eſſe niſi circa hominē: cum ſit in agentibus a ꝓpoſito ſecundo phiſicorū: ergo dicit philoſophia nihil differt quo ad inconſtantiam fortune: ſiue fortuna derelinquat hominē fugiendo: ſiue homo derelinquat ipſam moriendo quocunqꝫ modo fiat ſemper ipſa eſt inconſtans et non permanens.

te fortunatuꝫ eſſe nõ eſtimas: quoniã que tunc leta videbãtur abierunt. Nõ eſt quod te miſerum putas: quoniam que nunc meſta creduntur pretereunt. An tu in hãc vite ſcenã: nunc primum ſubitus hoſpeſqꝫ veniſti. vllam ne humanis rebus ineſſe cõſtantiam reris: cum ſepe ipſum hominem velox hora diſſoluat. Naꝫ ⁊ ſi rara eſt fortuitis manendi fides: vltimus tamen vite dies mors quedam fortune eſt etiam manentis. Quid ergo referre putas. Tu ne illam moriendo deſeras. An te illa fugiendo deſerat.

Metrum tertium ſecundi libri.

Metrum tertium ſecundi libri.

Cuꝫ polo phebus roſeis quadrigiſ
Lucem ſpargere ceperit
Pallet albentes ebetata vultus
Flammis ſtella prementibus
Cum nemus flatu zephiri tepentis
Vernis irrubuit roſis

Cum polo phebus roſeis quadrigis: Iſtud eſt metrum tertium huius ſecundi: cuius primus verſus dicitur ſaphicus ab inuentore: trochaicus a pede predominante. metrum autē ſecundi verſus dicitur gliconicum ab inuentore: coriambicum a pede predominante In hoc ergo metro phia declarat tribus exemplis mutabilitatem mundanoruꝫ. primum exemplum eſt de corporibus celeſtibus tale. Sole lucente in celo: tunc obſcuratur lumē aliarum ſtellaruꝫ. Ecce mutatio ſtellaꝝ quo ad lumen quod tñ prius apparebat tempore noctis: ſed ſole nobis lucente non apparet. vnde dicit in littera. cum phebus id eſt ſol: ceperit id eſt inceperit: ſpergere id eſt emittere lucem: roſeis quadrigis id eſt roſeo curru: ſtella ebetata id eſt obſcurata: flammis id eſt luminibus ſolis prementibus: ipſa pallet id eſt pallida fit ſecundum albentes vultus. Secundum exemplum eſt in terre naſcētibus tale. zephiro flante terra ornatur floribus: ſed auſtro flãte flores deficiunt. Ecce mutatio in terre naſcentibus. vnde dicit in littera: cum id eſt



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Spirat inſanum nebuloſus auſter.
Iam ſpinis abeat decus
Sepe tranquilo rabiat ſereno
Immotis mare fluctibus
Sepe feruentes aquilo procellas
Verſo concitat equore.
Rara ſi conſtat ſua mundo:
Si tantas variat vices.
Crede fortunis hominuȝ caducis
Bonis crede fugacibus.
Conſtat eterna poſitumqȝ lege eſt:
Ut conſtat genitum nihil.

## Proſa quarta libri ſecundi:

quando nemus irrubuit vernis id eſt venerabilibus roſis: flatu zephiri tepentis id eſt calētis: ſi auſter nebuloſus ſpiret. i. flare inceperit: inſanū. i. inſane iam decus roſaruȝ abeat ſpinis. i. recedat de ſpinis. Tertium exemplū eſt de mari tale. Quādo mare nō agitatur ventis appet trāquilluȝ: ſed ventis agitatū efficiť tēpeſtuoſum: ecce mutabilitas maris. vñ dicit in littera. Sepe mare radiat. i. ſplēdet tranquilo ſereno. i. ſerena trāquillitate: imotis id ē nō motis fluctibus: ſepe aquilo cōcitat. i. ꝓuocat feruentes ꝓcellas. i. tēpeſtates verſo equore. i. moto mari. tūc hortať phia ne credamus bonis fortune dicēs. Si mūdo ꝯſtat id eſt ꝑmanet ſua forma rara vt ex dictis patet: ⁊ ſi mūdus variat tātas vices. i. alternatōnes: tunc crede caducis. i. trāſitoriis fortūis hoiȝ. i. noli credere: ⁊ loquiť ironice. debet enim intelligi ꝑ cōtrarium: crede. i. noli credere bonis fugacib⁹ qualia ſūt bona fortūe. qđ pȝ ex hoc q2 conſtat. i. manifeſtū eſt ⁊ ē poſitū. i. ſtabilitū eterna lege. i. diuina lege vt nihil genitū conſtet. i. immutabiliter ꝑmāeat. Nota ꝙ poete attribuunt ſoli quadrigā q̄ diciť a numero quattuor equoꝝ. Poete eni fingūt currum ſolis trahi quattuor eq̄s ꝓpter quattuor diuerſitates ſolis. Nā ſol cū oritur eſt rubens hora tertia ſplendēs: hora meridiei feruēs: ſed hora veſꝑtina eſt tepēs. Lune vero attribuūt bigā ꝓpter duas ꝓprietates lune. nā luna virtualiter ē frigida ⁊ hūida. No. circa hoc ꝙ dicit crede fortuitis bonis. Sene. di. in li. de cōſolatione filij helye. Nunꝙ ego fortune credidi q̄ cū mecū videretur pacē agere: oia quecūqȝ in me idulgentiſſime conferebat: pecuniam: honores: grām: eo loco poſui vnde poſſet ſine motu meo repetere. Interuallū magnū inter me ⁊ ipam habui: itaqȝ nec illa abſtulit nec emiſit. Neminem aduerſa fortuna cōminuit niſi quē ſecūda decepit. Fortuna fortes metuit: ignauos expauit: opes auferre pōt: aim autem ſubripere nō pōt. Nota ꝙ phia bona fortūe appellat caduca: q2 dicit Sene. lxv. epiſtola. Oia iſta i q̄ fortūa dñiuȝ exercet ſua ſunt: ſicut pecunie honores ibecilla ſunt: fluida mortal[illegible] ſunt ⁊ paſſiones incerte. Nota dicit nullū genitū eſſe cōſtans. dicit Sene. epľa ꝑallegata. Oia mortalia minuuntur: cadūt: deferunť: decreſcūt: exhauriunť. itaqȝ in illis in ſorte cauſa incerta inequalitas eſt: diuinoꝝ aūt vna natura eſt.

Proſa quarta ſecundi libri.

Um ego vera inq̄. Hec eſt quarta proſa huius ſecūdi in qua phia ꝓbat Boe. hoc nō eſſe conquerendum de fortuna propter preſentia bona que ſibi dereliquit. ⁊ primo Boe. confitetur ſe fuiſſe felicem deplangens preſentem infelicitatem. Secundo philoſophia oſtendit ipſum eſſe felicem in preſenti ſtatu. ibi. Sed ꝙ tu. di. ergo Boe. O phia nutrix oim virtutum: tu commemoras vera; nec poſſum in



ficiari id eſt negare: velociſſimum curſum id eſt receſſuȝ mee proſperitatis: ſed hoc eſt quod coquit id eſt anxiat vehementer me recolentem preteritam proſperitatem. nam in omni aduerſitate fortune infeliciſſimuȝ genus infortunij eſt fuiſſe felicem ⁊ iam nō eſſe. Nota philoſophia dicitur nutrix omniū virtutum: quia omnis virtus conſiſtit in medio: medium non attingitur niſi recta ratione: que recta ratio eſt ſapientie ⁊ philoſophie. Item cū philoſophia diuidať in practicaȝ ⁊ ſpeculatiuam: ipſa includit prudentiam q̄ eſt recta ratio agibiliū: ex vi. ethicorum. prudentia autem colligata eſt omnibus virtutibus: ex codeȝ vi. ꝓpterea philoſophia dicitur nutrix omniuȝ virtutuȝ. Nota ꝙ recordatio preterite felicitatis coquit hominem: ideo dicit Sene. lxv. epľa. Illđ agamus vt iocunda nobis fiat amiſſorum recordatio. hoc autem contingit cum animus ꝑparatus eſt ad amiſſionem eorum. Nota ꝙ duplex eſt infortunium: quoddam continuuȝ aliud interpolatuȝ ſiue diſcontinuum. primū infortuniuȝ eſt infelix. ſcđm eſt infeliciſſimuȝ. Infortunium enim continuuȝ ex cōſuetudie minus nocet: q2 dicit Sene. in libro de trāquilitate animi. Tollerabilius eſt bona non acquirere ꝙ acquiſita amittere: ideoqȝ letiores videbis quos fortuna nunꝙ reſpexit ꝙ quos deſeruit. Itē dicit in libro de conſolatōe filij helye. Unū habet bonum aſſidua infelicitas ꝙ illos indurat quos vexat. Infortunium autē diſcontinuum eſt cum aliquis mutatur de aduerſitate in proſperitatem: ⁊ iterum de proſperitate in aduerſitatem: ⁊ tale eſt infeliciſſimum genus; q2 ſepe deijcit hominem in deſperationē. vnde Samarieñ. alias pau. heri. O bona ꝓſperitas vbi nunc es: nūc mea verſa eſt. In luctū cithara: fit lacrioſa lira. O mala dulcedo ſubito que ſumpta venenas. Que vere compēſas mellea felle graui. Sȝ quod tu inq̄t falſe opinionis. Hic philoſophia oſtendit Boe. in preſenti eſſe felicē propter multa bona que adhuc poſſidet. ſecundo probat felicitatem fortuitam nulli poſſe totaliter euenire. Tertio ꝓbat veram felicitatem in bonis fortuitis non conſiſtere. ſecunda ibi quis eſt eniȝ. tertia ibi. atqȝ vt agnoſcas. primo ponit philoſophia ꝙ non debet querulari Boe. de infortunio cū abundet adhuc pluribus bonis; ⁊ illa bona philoſophia enumerat. ſcđo

Um ego vera inq̄ commemoras. O virtutum omnium nutrix nec iſiciari poſſum ꝓſperitatis mee velociſſimum curſum: ſed hoc eſt quod recolentem vehementius coquit. Nā in omni aduerſitate fortune infeliciſſimuȝ genus infortunii eſt fuiſſe felicē. Philoſophia. Sed quod tu inquit falſe opinionis ſupplicium luis id rebus iure imputare non poſſis. Nam ſi te hoc inane nomen fortuite felicitatis mouet: ꝙ plurimis maximiſqȝ abundes mecum reputes licet. Igitur ſiquid in omni fortune tue cenſu precioſiſſimum poſſidebas: id tibi diuinitus illeſum adhuc inuiolatūqȝ ſeruatur. Poteris ne meliora queqȝ retinens de infortunio iure cauſari. Atqui viget incolumis illud precioſiſſimum humani generis decus. Symacus ſocer: et quod vite ꝑcio



42

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ipſa conſolatur eum. ibi. Cum igitur. dicit primo. O Boeti: ꝙ tu luis id eſt patia/ris: ſupplicium falſe opinionis id. i. illud non poteſt iure imputari rebus. nā ſi mouet te mane nomen fortuite felicitatis; licet id eſt licitum: vt tu reputes. i. cōputes mecum ꝙ plurimis: q₃ pro ꝛ maximis bōis abūdes. ſi igitur illud bonū tibi ſeruatur diuus ille ſum: que pro ꝛ inuiolatum: quod tu poſſidebas preciosiſſimuꝫ in omni ſenſu id eſt the ſauro tue fortune: poteris ne retinens queq₃ meliora iure cauſari id eſt conque ri i fortunio: quaſi diceret non. Tunc enumerat bo/na eius. atqui pro certe il lud preciosiſſimum decus humani generis ſcꝫ Sy machus ſocer tuꝰ: iſte vi/get id eſt floret: incolumis id eſt ſanus: quod inquaꝫ decus nō ſegnis id ē non tardus emeres precio vi/te: quaſi diceret tu tantuꝫ diligis eum ꝙ vitam tuā pro eo exponeres. Syma chus vir totus factus ex ſapientia ꝛ virtutibus: il le ſecurus ſuarum ſupple iniuriarum ingemiſcit de tuis iniurijs. viuit vxor tua modeſta ingenio: precellens pudore pudicitie: ꝛ vt inclu dam breuiter omnes dotes id eſt virtutes eius: ipſa eſt ſimilis patri ſuo ſcilicet Sy/macho: ꝛ ipſa exiſtens exoſa id eſt tedioſa huius vite: tantum tibi ſeruat ſpiritū id eſt ipſa tantum viuit propter te: quo id eſt in quo vno: ego conceſſerim tuam felicitatem minui ſupple q₃ vxor tua tabeſcit id eſt triſtatur lachrymis ꝛ dolore deſiderio tui. quid dicam liberos ſupple tuos conſulares: quoruꝫ ſpecimē id eſt ſimilitudo ingenij pater ni id eſt tui: vel auici id eſt aui ipſorum ſcilicet Symachi: qui fuit auus ipſoruꝫ ex par te matris: elucet vt in id etatis pueris: quaſi diceret liberi tui ſunt ſimiles patri ꝛ auo ipſorum in prudentia inq̄tum etas permittit. Notandum ſicut inferius probabi/tur ꝙ in rebus fortuitis non poteſt conſiſtere vera felicitas. Ideo illi qui adeptione talium rerum felices ſe exiſtimabant: ꝛ ex amiſſione earum infelices falſa opinione de cipiebātur. ꝛ licet in opinione eorum ſic eſſet: non tamen erat in re. Ideo dicit philoſo phia ad Boetium: ꝙ tu falſe opinionis ſuppliciuꝫ luis id rebus imputare non potes.

Nota ſupplicium falſe opinionis eſt in animo non in re. vnde Seneca. xvij. epiſto la. Multis paraſſe diuitias non fuit finis miſeriarum; ſed mutatio diuitiarū. Nec hoc miror. non enim in rebus eſt vitium ſed in animo. ſepius enim opinione quaꝫ re labo ramus: ergo infortunium Boetij non erat imputandum rebus quia non erat: ſed im/putandum fuit ſue falſe opinioni. Nota ꝙ philoſophia oſtendit preſentem felicita/teꝫ in tribus conſiſtere: ſcilicet in amicis: in vxore pudica: ꝛ filiorum ſuorum pruden/
nō. tia. Primo enim ad felicitatem requiruntur amici. Nam amicus eſt precioſiſſimum ge nus diuitiarum: ex octaua proſa huius ſecundi. ꝛ Ariſtoteles nono ethicoruꝫ. Nemo eligit viuere ſine amicis habens reliqua bona. ꝛ ſecundum Tullium in li. de amicitia.

non ſegnis emeres. Vir totus ex ſapien/tia virtutibus factus ſuarum ſecurus: tu/is ingemeſcit iniuriis. Viuit vxor igenio modeſta: pudicitie pudore precellens: ꝛ vt omnes dotes eius breuiter includam: pa/tri ſimilis. Viuit inquam tibi que tantuꝫ vite huius exoſa ſpiritum ſeruat. Quo vno felicitatē minui tuam: vel ego ipſa cō ceſſerim: tui deſiderio lachrymis ac dolo re tabeſcit. Quid dicam liberos conſula res: quorum iam vt in id etatis pueris vel paterni vel auici ſpecimen elucet ingenii.





Qui amicitiam tollit de mundo: ſolem tollere videtur. ꝛ Seneca in de remedijs fortui torum. Nihil eſt peius ꝙ amicos non habere. ſi amicum perdidiſti alium quere: ꝛ ibi euꝫ queras vbi inuenias. quere inter artes liberales: inter recta ꝛ honeſta officia: que re in laboribus: ad menſam iſta res non queritur. Secundo requiritur ad felicitatē po liticam vxor pudica que vera eſt/ vnde Seneca in de remedijs fortuitoruꝫ. Mulier in ter probas matrimonia/lis ordinis ceperūt eſſe ex ēpla meretricularꝫ/ ꝙ mul tas ex ꝯiugibꝰ optīs peſſi mas videmꝰ/ ex diligētiſſi mis diſſolutiſſias/ ex libe raliſſis rapaciſſias/ ēt ſi bonā vxorē hūiſti ñ poteſ affirmare eā eē ꝑmāſurā i illo ꝑpōito/ nihil tā mobi le: nihil tā vagū: ꝙ fēi amā/ polūtas. Tertio reqrit ad fe licitatē politicā ꝓles: qꝛ ſm Ariſto. i. ethicoꝝ. Nō oīno felix eſt q̄ ſpē turpis eſt/ aut ſolitarꝰ/ ſiant prole carēs. Nō. ſꝫ Hugu. ſpe cimē ē pulchritudo vł ſili tudo vł ſignū vł ymago vł noticia vel experimentuꝫ vel bonum opis documē tum: ſed in ꝓpoſito acci/pitur ꝓ ſimilitudine. Itē ſm eundē auitus ta. tū. i. ab auo habitus vł poſſeſ ſus vel ad ipm ꝑtinens: ꝛ ponit̄ q̄n₃ ꝓ antiquo.

Cū igit̄ pcipua ſit mor talibus. Hic philoſophia ex dictis conſolatur Boetiū dicens. Ex quo hominibus eſt precipua cura id eſt maxima cura: retinende vite id eſt ſaluande vite ſit mortalibus: o te felicem ſi cognoſcas tua bona: cui etiam nunc ſuppetunt id eſt abundāt talia bo na: quia nemo dubitat eſſe cariora ipſa vita: quare iam ſicca lachrymas ꝛ noli flere. nondum enim omnis fortuna eſt tibi exoſa id eſt aduerſa: ad vnum id eſt omnino: nec tibi incubuit id eſt inſtetit tēpeſtas aduerſitatis nimiū valida: qm̄ tenaces ancho re. i. amici inſeparabiles: herent. i. firmiter manent: que ſcꝫ anchore non patiūtur tibi abeſſe ſolamen preſentis temporis: nec ſpem futuri temporis. ꝛ dicit Boe. precor vt hereāt. i. maneant ille anchore: qꝛ ipſis manentibus: vtcūq₃. i. qualitercūq₃ res ſe ha/beant: nos enatabimus euadendo aduerſitatē fortune. ſed o phia tu vides q̄tum de cus noſtri ornamenti. i. bonoꝝ exterioꝝ quibus ornabamur deceſſerit. ſubiūgit phia Nos ꝓmouimꝰ aliq̄tulū animū tuū ad conſolationē: ſi nondū piget te totius tue for/tis: qꝛ maior pars ſalua tibi manet: ſed nō poſſuꝫ ferre tuas delicias: qui tam luctuo ſus. i. plenus luctu; atq₃ āxius cōquereris aliq̄d abeſſe tue beatitudini. i. tue felicitati

Cum igitur precipua ſit mortalibus vite cura retinende: O te ſi tua bona cogno/ſcas felicem: cui ſuppetunt etiaꝫ nunc que vita nemo dubitat eſſe cariora. quare ſic/ca iam lachrymas: nondum eſt ad vnum omnis exoſa fortuna. Nec tibi nimiuꝫ va lida tempeſtas incubuit: quoniam tena/ces herent anchore: que nec preſentis ſola men: nec futuri ſpem temporis abeſſe pa/tiantur. Boetius. Et hereant inq̄ pre/cor: illis namq₃ manētibus vtcunq₃ ſe res habeant humane enatabimus. ſed quan/tuꝫ decus ornamentis noſtris deceſſerit: vides. Philoſophia. Et illa ꝓmouimus inquit aliquantulum: ſi te nonduꝫ totius tue ſortis piget. Sed delicias tuas ferre non poſſum: qui abeſſe aliquid tue beati tudini tā luctuoſus atq₃ āxius cōqueraris:



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

No. ꝙ ſicut mors eſt omniū amariſſima: quia omnia abſcindit: omnia deuorat: ⁊ quia aliqui iudicant ſe non timere mortem: et tamen ſecundum Senecam in de remedijs fortuitorum ſic. Uita eſt omnium dulciſſima. Omnia eniꝫ appetunt eſſe viuere: ideo vnumquodqꝫ naturaliter nititur ad ſaluandū vitam: quia nihil eſt carius. ſi ergo Boe. poſſedit bona que cariora ſunt vita: non debuit ſe eſtimare miſerum: ſed magis felicem. Nota ꝙ phia amicos appellat anchoras. ſicut eniꝫ tempeſtate incumbente per anchorā nauis retinetur: ⁊ a periclitatione ſaluatur: ſic imminente aduerſitate fortune homo fidelibus amicis ne ſuccumbat infortunio ſubleuat̃. fideles enim amici retinent hominem impetu fortune agitatum ne totaliter deijciat̃ a ſua ſtabilitate. Nota ſecundum Huguitionem ſuppetere eſt ſubminiſtrare: vel ſuperabundare: ſed pigere eſt piger eſſe vel penitere vel grauare vel offendere.

Quis eſt enim tam compoſite felicitatis: vt non aliqua ex parte cum ſtatus ſui qualitate rixaretur. Anxia enim res eſt humanorum conditio bonorum: ⁊ que vel nunquam tota proueniat: vel nunquam perpetua ſubſiſtat. Huic ſenſus exuberat: ſed eſt pudori degener ſāguis. Hūc nobilitas notuꝫ facit: ſꝫ āguſtia rei familiaris incluſus mallet eſſe ignotus. Ille vtroqꝫ circumfluus vitam celibem deflet. Ille nuptiis felix: orbus liberis. Alieno cenſum nutrit

Quis eſt eniꝫ tam compoſite felicitatis. Hic philoſophia probat felicitatem nulli poſſe totaliter euenire. Secundo oſtendit ꝙ quanto aliquis eſt felicior tanto leuiori aduerſitate proſternitur. tertio concludit ex his felicitatem fortuitam amaram eſſe ⁊ miſeram. quarto inuehitur contra homines. ſecūda ibi. Adde ꝙ feliciſſimi. tertia ibi. ꝙ multis. quarta ibi. quid igitur o mortales. Primo dicit quis eſt homo tam compoſite felicitatis id eſt tam copioſe felix vt non rixaretur id eſt diſcordaret ex aliqua parte cum qualitate id eſt cum diſpoſitione: ſui ſtatus id ſue fortune: quaſi diceret nullus eſt ita felix: quia conditio id eſt ſtatus humanoruꝫ bonorum eſt anxia res id eſt miſera res: que nunꝙ homini tota proueniat: vel nunꝙ perpetua ſubſiſtat. Tunc declarat ꝙ nō tota proueniat homini: quia huic id eſt alicui homini exuberat cenſus id eſt abundat pecunia: ſed aliud ſibi deficit: quia degener ſanguis id eſt ignobilitas eſt ſibi pudori: hunc id eſt alium hominem nobilitas facit notum: ſed ipſe incluſus anguſtia rei familiaris id eſt paupertatis: mallet id eſt magis vellet eſſe ignotus: ille id eſt alter homo circumfluus id eſt circundatus vtroqꝫ id eſt tā diuitijs ꝙ nobilitate: ipſe deflet celibem vitam id eſt caſtam vitaꝫ: quia non poteſt forſan ducere vxorem. Ille id eſt alter felix nuptijs ſcilicet habendo vxorem: orbus id eſt carens: liberis id eſt pueris: ipſe nutrit id eſt congregat cenſuꝫ alieno heredi. Alius autem letatus prole ipſe meſtus illachrymat id eſt ingemeſcit: delictis id eſt pro criminibus filij vel filie ſue. Idcirco nemo facile concordat cum conditione ſue fortune. ineſt enim ſingulis ſupple hominibus aliquid quod ipſe inexpertus ignoret: vel expertus ipſum exhorreat: et ſic rixatur cum qualitate ſui ſtatus. Nota ꝙ non eſt homo tam felix quin inueniat aliquam conditionem in ſe quam vellet non habere; propter quod miſera eſt conditio humanorum bonorum; quia nunquam homini tota proue-





niat qꝛ aliquis contēnere oīa poteſt: ſed omnia habere nemo poteſt. Et elicitur vna ratio ex littera. Illi conditio humanorum bonorum non tota prouenit cui ſuus ſtatus in aliquo diſplicet: ſed nullus inuenitur tam felix cui ſtatus ſuus non diſpliceat in aliquo ſicut declarat in littera: ergo ⁊ cetera. Item ſanguis ſeruilis conditionis dicitur degener: quia homines naturaliter liberi ſunt: ſed per ſeruitutē degenerant a natura. No. vita caſta dicit̃ vita celebs quaſi celeſtis: qꝛ ī carne viuere ṗter carneꝫ eſt vita celeſtis et angelica. Nota ſecunduꝫ Huguitionem illachrymari ē intus lachrymari vel cuꝫ dolore lachrymari: ⁊ ē deponentis generis: licet ſecundum antiquos inueniatur neutri generis: et ſic ponit Boetius hic in neutro genere meſtus illachrymat. Adde ꝙ feliciſſimi cuiuſqꝫ. Hic oñdit philoſophia ꝙ homo magis felix leuiori aduerſitate proſternitur: cum hoc comparando Boetiū ad

heredi. Alius prole letatus filii filie ve delictis meſtus illachrymat. Idcirco nemo facile cum fortune ſue conditione cōcordat. Ineſt enim ſingulis quod inexpertus ignoret: expertus exhorreat. Adde ꝙ feliciſſimi cuiuſqꝫ delicatiſſimus ſenſus eſt: ⁊ niſi ad nutuꝫ cuncta ſuppetant: omnis aduerſitatis inſolēs minimis quibuſqꝫ proſternitur adeo perexigua ſunt: que fortunatiſſimis ſummam beatitudinis detrahunt. Quam multos eſſe coniectas

alios. ⁊ dicit. Adde predictis ꝙ ſenſus cuiuſlibet hominis feliciſſimi id eſt fortunatiſſimi: eſt delicatiſſimus id eſt impacientiſſimus niſi ad nutum ſuum cuncta ſuppetant id eſt abundans: ipſe erit inſolens id eſt impatiens omnis aduerſitatis: ⁊ proſternitur a ſua felicitate quibuſqꝫ minimis aduerſitatibus: adeo perexigua ſunt id eſt valde exigua: que fortunatiſſimis detrahunt id eſt auferunt: ſummaꝫ id eſt perfectionem beatitudinis. O Boeti ꝙ multos eſſe coniectas id eſt opinaris: qui ſeſe arbitrentur proximos eſſe celo id ē deo: ſi eis contingat minima pars de reliquijs id eſt de particulis tue fortune. Hic locus quem tu vocas exilium eſt patria incolentibus id eſt habitantibus: ⁊ ita eorum iudicio ſpectat ad felicitatem vniuerſaliter: ergo de rebus fortuitis concludit: adeo nihil eſt miſerum: niſi cum tu putes id eſt niſi ex reputatione animi tui eſtimes: ꝙ pro et: contra id eſt per contrarium: omnis ſors eſt beata equanimitate id eſt patientia animi tollerantis. Quis eſt ille tam felix qui cum dederit manus impatientie id eſt cum fuerit factus impatiens quin ipſe non optet mutare ſtatum ſuum: quaſi diceret nullus eſt tam felix.

Nota ꝙ forſan aliqͥs diceret nulli homini placet ſtatus ſuus ſi deeſt ſibi magnuꝫ fortunium: ſed defectus modici boni non impedit complacentiam ſtatus quin homo totaliter ſit felix. Hoc excludit philoſophia dicens. Quanto aliquis eſt felicior: tanto eſt delicatior: ⁊ quanto eſt delicatior: tanto magis grauatur ex defectu modici boni: ⁊ ſic feliciſſimis detrahitur complementum beatitudinis.

Notandū ꝙ vna et eadeꝫ res eſt quam vnus iudicat ſpectare ad miſeriam: alius iudicat ſpectare ad felicitatem/ ergo dicit philoſophia. Locus quem tu exilium vocas incolentibus eſt patria. Notandum eſt ꝙ quantumcumqꝫ ſit homo abundans re-

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

bus fortuitis: ſi aliquid diſplicet ſibi in ſtatu ſuo: ipſe optat ſtatuꝫ ſuum mutari: commendando ſtatum alterius. vnde miles emeritus laudat ſtatum mercatoris: econtra mercator expertus pericula marina laudat militiā. Similiter legiſperiti laudāt agricolas: ⁊ agricole vrbanos. Similiter exemplum patet in Boetio de ſcholarium diſciplina de filio inconſtantie: qui habens diſplicentiaꝫ vnius ſtatus: ſemper alium ⁊ alium aſſumpſit. Nota ꝙ dicit nihil eſt miſerum niſi cū putes. vnde dicit Seneca nona epiſtola. Miſer eſt qui ſe beatum nō iudicat. licet mundo imperet: non eſt beatus qui ſe beatum nō eſſe putat.

Quā multis amaritudinib⁹. Hic philoſophia oſtendit fortuitam felicitatem eſſe amaram ⁊ miſeram dicēs. Quam multis amaritudinibus dulcedo hūane felicitatis eſt reſperſa id eſt peremixta: que etiam ſi videatur iocunda homini fruenti: tamen nō pōt retineri: quominus prout homo habeat eam: cuꝫ velit id eſt nō poteſt retineri ad volūtatem hominis: ⁊ liquet id eſt manifeſtum eſt ꝙ miſera ſit beatitudo rerū mortalium: que nec perpetua ꝑdurat apud equanimos id eſt apud conſtantes vel patiētes: nec ipſa tota id eſt ſimul delectat: anxios id eſt miſeros. Nota ꝙ felicitas ⁊ dulcedo humana nō eſt ſine amaritudine: quia dicit beatus Bernardus. Nunꝗ̄ in honore ſine labore: nunꝗ̄ in prelatione ſine tribulatōne: nunꝗ̄ in ſublimitate ſine vanitate quis eſſe poteſt. Iteꝫ Alanus in anticlaudiano dicit. Sed nihil inuenio qđ in omni parte beate viuat: quin multas nobis deſerre querelas poſſit: ſi noſtraꝫ velit accuſare mineruam.

qui ſeſe celo proximos arbitrētur: ſi de fortune tue reliquiis pars eis minima cōtingat. Hic ipſe locus quem tu exilium vocas incolētibus patria eſt. Adeo nihil eſt miſerum niſi cum putes. Contraqꝫ beata ſors omnis eſt equanimitate tollerantis. Quis eſt ille tam felix qui cum dederit impatientie manus: ſtatuꝫ ſuum mutare nō optet. Quam multis amaritudinibus humane felicitatis dulcedo reſperſa eſt: que ſi etiam fruenti eſſe iocunda videatur: tamen quominus cum velit habeat: retineri non poſſit. Liquet igitur ꝙ ſit mortalium rerum miſera beatitudo: que nec apud equanimos ꝑpetua ꝑdurat: nec āxios tota delectat. Quid igitur o mortales extra petitis intra vos poſitaꝫ felicitatē: error vos inſciciaqꝫ cōfundit. Oſtēdaꝫ tibi

Quid igitur o mortales. Hic phia inuehitur contra homines: ⁊ dicit ſic. O mortales quare petitis id eſt queritis: extra id eſt in rebus exterioribus felicitatem poſitam intra vos: error ⁊ inſcicia id eſt ignorantia confundit vos: oſtendaꝫ tibi breuiter cardinem id eſt radicem ſumme felicitatis. eſt ne aliquid tibi precioſius teipſo. nihil inquies. Si igitur fueris compos tui per tranquillitatem animi: tu poſſidebis quod nunꝗ̄ amittere velis: ſcilicet delectationem in operatione perfecte virtutis: nec fortu





na poterit tibi auferre. Nota ꝙ duplex eſt beatitudo: perfecta ⁊ imperfecta. Perfecta beatitudo habetur poſt hanc vitaꝫ: ⁊ eſt vita eterna: de qua loquitur beatus Iohannes dicens. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te ſolum verum deum: ⁊ quem miſiſti Ieſum chriſtum. Alia eſt beatitudo imperfecta que poteſt eſſe in preſenti vita: quā philoſophi poſuerunt conſiſtere in operatione optime virtutis. vnde radix talis eſt trāquillitas animi ex moderatione ⁊ ſedatiōe paſſionum per habitum virtutis. per talem autēꝫ trāquillitatem homo efficitur ſui compos vt non ſubiiciatur paſſionibus. Iſta autem tranquillitas non eſt querenda in rebus exterioribus: ſed ſolum habet eſſe in animo hominis: de qua beatitudine ⁊ trāquillitate hic loquitur philoſophia dicens. Quid igit̄ o mortales ⁊ cetera. ⁊ Seneca loquens de eadem felicitate. ix. epiſtola dicit. Summū bonum extrinſecus inſtrumenta nō querit: domi colitur: ex ſe totum eſt: incipit fortune eſſe ſubiectum ſi quam partem ſiui foris querit. Item Seneca viceſimatertia epiſtola dicit. Felicitatis auditas tuta eſt: que ſi aut vnde proueniat queris: ex bona cōſciētia: ex honeſtis conſilijs: ex rectis actionibus: ex cōtemptu fortuitorum. ⁊ triceſimaprima epiſtola dicit. Illud bonum eſt querendum quod non fiat in dies deterius. quid eſt hoc. animus: ſed hic rectus: bonus: magnus. quid aliud voces hunc animuꝫ ꝙ deum in corpore humano hoſpitatum. ⁊ quadrageſimaprima epiſtola dicit. Lauda bonum in homine quod eripi non poteſt: quod eſt proprium hominis. queris quid ſit illud. animus ⁊ ratio perfecta. ratiōale nāqꝫ animal eſt homo.

breuiter ſumme cardinem felicitatis. Eſt ne aliquid tibi teipſo precioſius: nihil inquies. Igitur ſi tui compos fueris: poſſidebis quod nec tu amittere vnquā velis: nec fortuna poſſit auferri. Atqꝫ vt agnoſcas in his fortuitis rebus beatitudinem conſtare non poſſe: ſic collige. Si beatitudo eſt ſummum nature bonuꝫ ratione degentis: nec illud eſt ſummum bonū quod eripi vllo modo poteſt: quoniam precellit id quod nequeat auferri. manifeſtum eſt ꝙ ad beatitudinem percipiendaꝫ fortune inſtabilitas aſpirare non poſſit.

Atqꝫ vt agnoſcas in his. Hic philoſophia probat verā felicitatem non poſſe conſiſtere in rebus fortuitis tribus rationibus. ſecundam ponit ibi. Ad hec. Tertiaꝫ ibi. ⁊ quoniam. prima ratio talis eſt. In illo non conſiſtit felicitas hominis quod poteſt auferri ab homie: ſed bona fortuita ſunt huiuſmodi: ergo et cetera. Maior ē nota: quia ſummū bonum eſt propriuꝫ hoīs: bonum autē quod auferri pōt nō eſt ſummū bonū: quia illud quod auferri non poteſt. melius eſt eo qđ auferri poteſt. Minor patet. bona fortuita poſſunt auferri cum ſint mutabilia. vnde dicit in littera. Ut agnoſcas beatitudinem non poſſe conſtare in rebus fortuitis: ſic collige per tales rationes. Si beatitudo eſt ſummū bonū nature degentis: rōne id eſt nature rationalis: nec illud ē ſummuꝫ bonū nature degentis ratione id eſt nature rationalis: nec illud eſt ſummū bonū qđ vllo mō pōt eripi. i. auferri: q2 illud bonum quod nequeat id eſt non poteſt auferri

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

hoc precellit id eſt melius eſt ⁊ dignius eo quod poteſt auferri . ex quo manifeſtum eſt ꝙ inſtabilitas fortune non poſſit aſpirare id eſt accedere ad beatitudinē accipiēdam. Nota ꝙ beatitudo eſt ſummum bonum : quia in tertio huius ſecunda proſa dicitur ꝙ beatitudo eſt ſtatus perfectus aggregatione omnium bonorum. ⁊ beatitudo eſt ſummuz bonū nature degētis.i. viuentis: rōe.i. nature rōalis ſicut hominis: qz

**Ad hec quem caduca iſta felicitas vehit vel ſcit eam vel neſcit eſſe mutabilem: ſi neſcit: quenam beata ſors eſſe poteſt ignorātie cecitati: Si ſcit metuat neceſſe eſt ne amittat quod amitti poſſe non dubitat: quare continuus timor non ſinit eſſe felicem: an vel ſi amiſerit negligendum putat. Sic quoqz perexile bonuz eſt quod equo animo feratur amiſſum. Et quoniam tu idem es cui perſuaſum eſt atqz inſitum permultis demonſtrationibus ſcio mentes hominuz nullo mō eſſe mortales.**

hominū genus viuit arte ⁊ rōne: ex ꝓhemio methaphiſice. Nullum eīm aliorum animalium eſt felix. ex.x.ethicoruz. Bruta eīz animantia nemo felicitabit: primo ethicorum: et talis beatitudo non conſiſtit in bonis exteriorib⁹ ſed in actu ſapientie: quia dicit Ariſto. in libro politicorum. Teſtis mihi eſt deus ꝙ in bonis exterioribus non conſiſtit ſummum bonuz: ⁊ idem in eiſdem. Nos ſumus felices ⁊ dij: dij autem nō ſunt felices bonis exterioribus: ergo nec homines. Nota licet in bonis exterioribus fortuitis non conſiſtat felicitas formaliter ⁊ eſſentialiter: tamen felicitas conſiſtit in eis organice: quia deſeruiunt ad felicitatem veram. ſine enim rebus exterioribus quarum fortuna domina eſt non contingit eſſe felicem: ſupple organice: ex libro de bona fortuna: ⁊ ex decimo ethicorum. Opus eſt exteriori proſperitate omni enti. Natura enim per ſe non eſt ſufficiens ad ſpeculandum: ſed oportet cibuz potum ⁊ reliquum famulatum preexiſtere. Ad hec quem caduca iſta felicitas vehit. Hic philoſophia ponit ſecundam rationem que talis eſt. Ille qui felix eſt fortuita felicitate aut ſcit eam mutabilem eſſe aut neſcit: ſi neſcit eſt ignorans ⁊ per conſequens eſt infelix: ſi ſcit eam mutabilem eſſe neceſſe eſt ꝙ timeat ne eam amittat. cui autem ineſt continuus timor felix eſſe non poteſt. Unde dicit in littera ſic. Ad hec ſcilicet predicta addam aliam rationem: homo quem vehit id eſt ducit: iſta caduca id eſt fortuita felicitas vel ſcit eam eſſe mutabilem vel neſcit: ſi neſcit: quenam ſors beata id eſt que felicitas beata poteſt eſſe cecitati ignorantie: quaſi diceret nulla: ſi ſcit eam eſſe mutabilem: neceſſe eſt vt metuat ne amittat illud quod non dubitat poſſe amitti: quare cōtinuus timor non ſinat ipſum eſſe felicem. Et forſan diceres: homo non timet amiſſionem fortune: quia non curat vtrum eam amittat vel non. hoc excludēs philoſophia dicit. ſi amiſerit bonum fortuitum ⁊ putat illud negligendum id eſt non curandum: tunc illud bonum erit valde exile quod amiſſum feratur equo animo id eſt equali animo ſicut conſeruatum: ⁊ per conſequens illud non eſt ſummum bonum.

Nō. ex tertio hui⁹ ꝓſa.ix. vā ⁊ ꝑfecta felicitas facit hoīez potentē: reuerēdū: celebrē ⁊ letuz: ergo vera felicitas excludit timorem: ⁊ per conſequens continuus timor qui





excluſit leticiam non ſinit eſſe felicez. vnde Sene.ix. epiſtola. Ille beatiſſimus eſt ⁊ ſecurrus ſui poſſeſſor qui craſtinum diem ſine ſolicitudine expectat. Item nota ex quo felicitas conſiſtit in ſpeculatione dei ⁊ ſubſtantiarum ſeparatarum: ipſa excludit cecitatē ignorantie: in qua ignorantia felicitas eſſe nō poteſt. Et quoniā tu idē es. Hic phia ponit tertiam rationez que talis eſt. Si beatitudo conſiſteret in rebus fortuitis

**Cumqz clarum ſit fortuitam felicitatem corporis morte finiri: dubitari nequit ſi hec auferre beatitudinem poteſt quin omne mortalium genus in miſeriam mortis fine labatur. Quod ſi multos ſcimus nō morte ſolum verumetiam doloribus ſuppliciiſqz beatitudinis fructum queſiſſe: quonammodo preſens vita facere beatos poteſt: que miſeros tranſacta non efficit.**

## Metrum quartum libri ſecundi.

cum bona fortuita finiuntur morte hominis: ſequitur ꝙ omnis homo ī morte fieret miſer quod non ē verum: quia multi ꝑ mortem conſecuti ſunt felicitatez: ſicut martyres ⁊ alij ſancti q̄ perpeſſi ſunt maxima tormenta vt conſeq̄rentur beatitudinem ī anima. dicit ergo ſic in littera. Quoniam tu idem es ſupple homo cui ego ſcio eſſe perſuaſuz per multis id eſt valde multis demōſtrationibus: mentes id ē animas hominum nullo modo eſſe mortales: ⁊ cū ſit claruz id eſt manifeſtū fortuitam felicitatem finiri id eſt terminari morte corporum ſupple hominis: nequit id eſt non poteſt dubitari ſi hec fortuita felicitas poteſt afferre id eſt dare beatitudinem: quin omne genus mortalium id eſt hominum labatur in miſeriam ī fine mortis. Sed ſi ſcimus multos ſcilicet ſanctos queſiſſe fructum beatitudinis non ſolum morte: verumetiam doloribus ⁊ ſupplicijs: quonammodo id eſt per quem modū preſens vita ſupple bonis fortuitis ornata poteſt facere beatos: que vita tranſacta id eſt terminata non efficit miſeros: quaſi diceret nullo modo. Nota cuius preſentia eſt cauſa felicitatis: eius abſentia eſt cauſa miſerie ⁊ īfelicitatis: ⁊ hoc clariſſime poterit apparere ex iſto ſimili. ſicut enim nauta per ſui preſentiam eſt cauſa felicitatis nauis: ſic eius abſentia eſt cauſa periclitationis eius: ex ſecundo phiſicorum. ſi ergo bona fortuita per ſui preſentiam eſſent cauſa beatitudinis: per ſui abſentiam eſſent cauſa miſerie. Cum autem in morte hominis bona fortuita relinquūt hominem fugiendo ⁊ homo relinquat ea moriendo: omnis homo poſt mortem eſſet miſer ⁊ infelix quod falſuz eſt. nam multi poſt mortem conſequūtur beatitudinem. ⁊ quia forſan aliquis diceret mortuo homine moritur ⁊ anima eius: ⁊ ſic homo poſt mortem nullam conſequetur beatitudinem: hoc excludens philoſophia dicit ad Boetium. Tu es idem ille cui perſuaſum eſt multis demonſtrationibus animas hominum eſſe immortales. Nota ꝙ omnes leges in hoc conueniūt ꝙ anima intellectiua hominis ſit immortalis. ſeparatur enim ab alijs ſicut perpetuum a corruptibili: ex ſecundo de anima. ⁊ hoc eſt rationabile: quia anima intellectiua cum ſit immaterialis non eſt educta de potentia materie: ſed ab extra ſcilicet a deo. ipſa enim ſecundum beatum Auguſtinuz creādo īfunditur ⁊ infundendo creatur. propter qđ cū abſciſio materie ſit cauſa perpetuitatis per ꝯmentatorē primo celi ⁊ mūdi. anima ītellectiua īmaterialis exiſtens ipa ē imortalis

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

## Metrum quartum libri ſecundi.

q

Uiſquis volet perhennem. Hic incipit quartum metrum huius ſecundi quod dicitur metrum anacreonticum ab inuentore: iambicum a pede predominante dimetrum a numero pedum: cathalecticum: quia deeſt vna ſyllaba ad complemētū metri. huic metro adiungit metrꝫ ferecratiuʒ ſic dictū ab inuētore de quo ſupꝰ dictū ē. In hoc ḡ metro philoſophia commendat vitam mediocrem per taleʒ methaphoram. Edificiuʒ conſtructuʒ in loco nimis alto vrgetur tempeſtatibꝰ ventorum: ⁊ fundatum in loco arenoſo defluit: ſʒ fundatum in loco humili ⁊ ſaxoſo vtrūqꝫ vitat incommodum: ſic vita preſens nimium eleuata proſperitate vel nimium depreſſa aduerſitate frequēter euētu inopiato calamitatibꝰ defluit: mediocris autem ſecura permanet. dicit ergo ī littera. Quiſquis homo cautus volet ponere ſedem: perhennem id eſt firmam māſionem: ⁊ ipſe ſtabilis exiſtens: nec velit ſterni id eſt deijci ſonoris flatibus curſilibus venti: ⁊ quiſqꝫ curat ſpnere pōtibuʒ minantem fluctibus id eſt mare fluctuans: ille vitet cacumen id eſt ſummitatem alti mōtis: ⁊ vitet arenas bibulas .i. ſiccas. Tūc aſſignat cāʒ quare debeat vitari in edificādo cacumē alti mōtis: qꝛ illud .ſ. cacumen alti mōtis vrget .i. infeſtat: auſter ꝓteruus .i. vētus īpetuoſus. tūc aſſignat cām quare debeāt vitari arene: qꝛ he .ſ. arene ſolute .i. diſiūcte ꝑ ſiccitatē recuſant ferre .i. nolūt portare: pēdulū pōdus .i. labile pōdus. Tu ergo fugiēs ꝑiculoſaʒ ſortē .i. euētū: amene ſedis .i. amene māſionis ⁊ certꝰ exiſtēs: memēto figere .i. ſtabilire domū tuā in hūili ſaxo .i. depreſſo lapide: quāuis vētus miſcēs equora .i. voluēs maria: tonet .i. ſeuiat: ruinis .i. flatibus ruinoſis: tu felix cōditus robore .i. firmitate: quieti valli .i. munitiōis: ⁊ tu ſerenus .i. trāquillus: duces .i. ages: euū .i. vitā tuā: ridēs .i. deridēs ⁊ ꝓ nihilo habēs: iras .i. ꝑſecutōnes: etheris .i. aure vl' vēti ſeuiētis. Nota ꝙ oīs ꝟtus ſupfluitate corrūpit: cū ꝟtus conſiſtat ī medio. Eſt eīʒ ꝟtus electiuus habitus īmediate ꝯſiſtēs recta rōe determinatus: iō oīs ſupfluitas tanqꝫ vicioſa vitāda ē. Ph. ḡ docet vitare ſupfluā ꝓſperitatē quā deſignat ꝑ cacumē alti mōtis q̄ ꝓſperitas plerūqꝫ ipugnat īuidia ⁊ potētia magnatū q̄ ꝑ vētū īpellētē deſignat. Docet ēt vitare nimiā pauptatē quā deſignat bibula arena q̄ pauptas recuſat ferre .i. idigētiā neceſſarioꝝ q̄ ꝑ pōdꝰ pēdulū dſignat. idigētia eīʒ grauat hoīeʒ ad modum penduli ponderis. Nota ſecuritas ſecundū Tullium in rhetorica ſua ē virtus incōmoditates imminentes ⁊ inchoate rei affines non formidās: que ſecuritas maxime appetenda eſt. ꝓpter qḋ phīa docet appetere vitā mediocrē q̄ reddit hoīem ſecurū ſecundū illud poeticū. Medio tutiſſimus ibis. ⁊ Catho. Tuta mage puppis ē que modico flumine fertur. Quā vitaʒ mediocrē deſignat per humile ſaxuʒ ī quo edificiū īpetu venti nō deijcitur: nec fundationibꝰ tanqꝫ bibula arena diſſoluitur. Nota ꝙ duplex eſt paupertas volūtaria ⁊ leta: alia inuoluntaria ⁊ triſtis. prima paupertas eſt appetenda. ſecunda fugienda. De prima loquitur Seneca ſecūda epiſtola. Honeſta res eſt leta pauptas. paupertas eniʒ expedita ſecura eſt. Et .xviij. epiſtola. O lucille īcipe cū paupertate habere cōmerciū aude contemnere opes. nemo alias ē deo dignus ꝙ qui opes contempſerit. Secunda paupertas ſcilicet inuoluntaria ⁊ triſtis fugienda eſt; quia mortalis eſt; ⁊ ratione triſtitie ſtupefacit ⁊ corrumpit naturam.

Uiſquis volet perhennem
Cautus ponere ſedem
Stabiliſqꝫ nec ſonoris
Sterni flatibus euri
Et fluctibus minantem
Curat ſpernere pōthum
Montis cacumen alti
Bibulas vitet arenas
Illud proteruus auſter
Totis viribus vrget
He pendulum ſolute
Pondus ferre recuſant
Fugiens periculoſam
Sortem ſedis amene
Humili domum memento
Certus figere ſaxo



Quāuis tōet ruinis
Miſcens equora ventus
Tu cōditus quietium
Duces ſerenus eu Felix robore valli
Ridens etheris iras.

## Proſa quinta libri ſecundi.

Ed quoniam rationum iam in te mearuʒ fomenta deſcendunt: paulo validioribus vtēduʒ puto. Age enim ſi iam caduca ⁊ momentanea fortune dona non eſſent. Quid in eis eſt quod aut veſtrum vnquam fieri queat: aut non perſpectum conſideratumqꝫ vileſcat.

## Proſa quinta ſecundi libri.

Ed quoniam rationum iam in te. Hic incipit quinta proſa huius ſecundi in qua philoſophia ponit remedia magis mouentia Boe. ad oſtendenduʒ ꝙ bona fortune ſunt contemnenda: ⁊ minus eſſe dolendum de amiſſione eorum. Iſta autem remedia ſunt rationes ſumpte ex conditionibus particularium bonoruʒ fortune ſcilicet diuitiarum: honorum: poteſtatum et glorie. Et primo oſtendit hoc de diuitijs ꝙ non ſunt magnopere appetende ponendo vnam rationem generaleʒ reſpicientem omnia bona fortune. Secundo ponit rationes de diuitijs. ibi. diuitie. Primo itendit taleʒ rationem. Nullus magnopere debet illud appetere quod non poteſt eſſe ſuum: ⁊ quod in ſe conſideratum eſt vile; ſed omnia bona fortuita ſunt huiuſmodi que ſunt mutabilia: ideo non poſſunt eſſe propria hominis: ⁊ in ſe cōſiderata vileſcunt ergo ⁊c̄. vnde dicit in littera. quoniam fomenta id eſt medicamenta mearum rationum in te deſcendunt: quia ego video te paulatim fortunam contemnere puto eſſe vtendum paulo validioribus rationibus id eſt magis mouētibus. age eſt aduerbiuʒ hortandi. ſi eniʒ bona fortune non eſſent caduca id eſt caſualia: ⁊ momentanea id eſt tranſitoria ad modum momenti: quid eſt in eis quod vnquam queat fieri veſtrum: aut perſpectum ⁊ in ſe conſideratum non vileſcat: quaſi diceret nihil. Nota ꝙ bona fortune ſunt caduca ⁊ tranſitoria: quia dicit Seneca ſeptuageſimaſexta epiſtola. Omnia bona fortune nobis accidunt; ſed non adherent: ⁊ ſi abdicant ſine vlla noſtri

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

lachrymatione diſcedunt. ex quo patet ſi mutabilia ſunt ꝙ non ſunt propria bona hominis: quia ſecundum eundem Senecam. Nihil proprium dicas qđ mutari poteſt.
Nota ꝙ bona fortuita in ſe cõſiderata vileſcunt: quia dicit Ioh. chryſo. Bona fortune in ſeipſis veteraſcunt ⁊ conſumuntur: aut ab extraneis dolo vel violentia vel calumnia diripiunt.

**Diuitie ne vel veſtri vel ſui natura precioſe ſunt. Quid earum potius auruꝫ ne an vis congeſta pecunie. Atqui hee funden do magis ꝙ̄ coaceruando melius nitent. Siquidem auaricia ſemper odioſos: claros largitas facit. Quod ſi manere apud quenquaꝫ non poteſt quod trãſfertur ĩ alterum: tunc eſt precioſa pecunia cum trãſlata in alios vſu largiẽdi deſinit poſſideri.**

Diuitie ne vel veſtri vel ſui natura. Hic philoſophia ponit rationes de diuitijs in ſpeciali ꝙ non ſint magnope appetẽde. Secundo probat hoc generaliter đ diuitijs. ibi. quid autem. Prima diuiditur in quinq; partes ſecundum ꝙ ſunt quinq; genera diuitiarum que ꝓbat non multum eſſe appetenda: ſcilicet pecunia: gemme: poſſeſſiones: veſtes ⁊ famulitiũ. primo oſtẽdit propoſitum de pecunia. ſecundo de gemmis. ibi an gemmarum. tertio de poſſeſſionibus ibi. an vos. quarto de veſtibus ibi. Iam vero. quinto de famulis ibi. an vero. Primo duabus rationibus probat diuitias non multum eſſe appetendas. ſecunda ibi. at eadem. Prĩa rõ talis eſt. Illa ñ ſunt multũ appetẽda q̃ nec ex ſui natura nec ex natura vtẽtis ſunt precioſa. diuitie ſunt huiuſmodi: ergo ⁊ cetera. maior nota: quia nihil appetitur niſi bonum ⁊ precioſum. minor declaratur. diuitie non ſunt bone ex ſui natura: quia non faciunt bonum cum cui adueniunt. nec ſunt bone ex parte vtentis: quia non inquantum conſeruantur ſic enim faciunt hominem auarum: nec inquantum diſtribuuntur: quia ſic relinquunt hominem. dicit enim in littera. Diuitie vel ſunt precioſe ſui natura vel natura veſtri vtentium eis. ⁊ quid earuꝫ eſt: potius id eſt precioſius: an aurum: an vis congeſte pecunie id eſt congregate: atqui pro certe hee ſcilicet diuitie nõ ſunt precioſe conſeruando eas: quia melius nitent effundendo id eſt diſtribuẽdo eas ꝙ̄ coaceruando id eſt retinendo eas. ſiquidem auaricia que pecuniam coaceruat ſemper facit homines odioſos: ⁊ largitas que pecuniam effundit facit claros id eſt honeſtos. ſubdit. ⁊ ſi illud quod tranſfertur in alterum nõ poteſt manere apud quenq̃: tũc eſt precioſa pecunia loquendo ironice: cum ipſa vſu largiendi tranſlata in alios deſinit poſſideri. Notandũ ꝙ aliqđ eſt bonũ duplr̃ vel ex natura ſui vel ex natura vtẽtis. Et illud dicitur bonum ex natura ſui quod a ſe vel in ſe habet vnde ſit bonum: ⁊ cuicunq; aduenit facit ipſum bonuꝫ: ſicut ratio recta pax ⁊ ſimilia. Sed illud dicitur bonum ex parte vtentis quo ſi aliquis conuenienter vtatur aliquid boni inde prouenit. Unde nota ſecundum beatum Bernardum. Solus error hominum facit ꝙ aurum ⁊ argentum reputantur precioſa: cum non ſint niſi terra rubea ⁊ alba. Nota ꝙ Seneca octuageſimaoctaua epiſtola probans diuitias non eſſe bonas ſic arguit. Quod bonuꝫ eſt bonos facit: diuitie non faciunt bonos: ergo diuitie bone non ſunt. Item illud quod poteſt contingere contemptiſſimo ⁊ turpiſſimo bonum non eſt: diuitie autem ⁊ lenoni ⁊ laniſte contingunt contemptiſſimo ⁊ turpiſſimo: ergo bone nõ ſunt. Item bonum ex malo non fit: diuitie autem ſunt ex auaricia que mala eſt: ergo





bone non ſunt.

**At eadem ſi apud vnũ q̃ta vbiq; gentium congeratur: ceteros ſui inopes fecerit. Et vox quideꝫ tota pariter multoruꝫ replet auditum. Ueſtre vero diuitie niſi cõminute in plures tranſire non poſſunt. Quod cum factum eſt: pauperes neceſſe eſt vt faciant quos relinquunt. O igitur anguſtas inopeſq; diuitias quas nec habere totas pluribus licet: ⁊ ad quemlibet ſine ceterorum paupertate non veniunt.**

**An gemmarum fulgor oculos trahit. Sed ſiquid eſt in hoc ſplendore precipui: gẽmarum eſt lux illa nõ hominuꝫ. Quas quidem mirari homines vehementer admiror. Quid eſt enim carens anime motu atq; membroruꝫ cõpage quod aĩate rõnabiliq; nature pulchrũ eſſe iure videatur**

At eadem ſi apud vnũ. Hic ponit ſecundam rationem que talis eſt Illa non ſunt multum appetenda que a pluribus non poſſunt poſſideri ⁊ non tranſeunt ad alium ſine paupertate aliorum. diuitie ſunt huiuſmodi: ergo ⁊c. vnde dicit in littera. Si eadem pecunia q̃ta eſt vbiq; gentium id eſt apud gentes: ſi illa congeratur apud vnum hominẽ: ipſa facit ceteros homines inopes ſui id eſt carẽtes: ⁊ vna vox pariter: tota id eſt ſimul replet audituꝫ multorum. diuitie autẽ non poſſunt tranſire in plures: niſi comminute id eſt diuiſe in partes. quod cuꝫ factũ eſt ſcilicet ꝙ cõminute trãſeũt in alios: neceſſe eſt vt ſupple illos faciant pauperes quos relinquũt. Et tunc exclamat contra diuitias dicens. O igit̃ ſupple dico diuitias eſſe anguſtas id eſt artas et inopes: quas non licet pluribus habere totas: ⁊ q̃ nõ veniũt ad quemlibet ſine paupertate ceterorum id eſt aliorum hominum.
Nota ꝙ diuitie non veniũt ad quẽlibet ſine aliorum paupertate: quia dicit Seneca ĩ de remedijs. Pecuniaꝫ perdidiſti: quã vt haberes alius ãte te ꝑdidit. perdidiſti pecuniã: habes vno periculo minus quo te felicem: ſi cũ illa auariciã perdidiſti: ⁊ ideꝫ. lxxxviij. epiſtola dicit. Diuitie aĩos inflant: ſuperbiaꝫ pariunt: inuidiã ꝯhunt: mentem alienant: timoreꝫ inducunt: inſolentiam faciunt. nihil autem aliud inſolentia eſt ꝙ̄ ſpes falſe magnitudinis: ergo diuitie bone non ſunt. An gemmarum fulgor oculos trahit. Hic oſtendit philoſophia ꝙ gemme non ſunt appetende tanq̃ proprium bonum hominis intendens talem rationem. Quicquid bonitatis vel precioſitatis eſt in gẽmis hoc cõſiſtit in luce ⁊ ſplendore gemmarum: ſed lux gemmarum non eſt proprium bonum hominis: ſed eſt bonum ipſarum gemmarum: ergo ⁊ cetera. vnde dicit in littera. An fulgor gemmarum trahit oculos hominum ſupple ad concupiſcendum eas tanq̃ proprium bonum: ſed ſiquid eſt precipui id eſt precioſitatis in hoc ſplendore: illa lux eſt gemmarum ⁊ nõ hominum: quaſquidem gemmas vehementer admiror homines mirari id eſt mirando deſiderare tanq̃ bonum ſuum. quid eſt enim carens motu anime: atq; compage id eſt coniunctione membrorum: quaſi diceret reperitur in rebus inanimatis quod iure videatur id eſt videri debeat eſſe pulchrum rei animate et rationabili nature: quaſi diceret nihil: que gẽme tameſi ꝓ ꝗuis: trahãt id eſt recipiãt aliquid poſtreme



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

pulchritudinis opera id eſt diligentia conditoris: ꝙ pro et: ſui diſtinctionē id eſt ſpecifica formatione: tamen ipſe collocate infra veſtram excellentiam id eſt dignitatē: nullo modo merebantur veſtram admirationem. Nota ꝙ non eſt gloriandum de gemmis tanꝙ de proprio bono: quia dicit Senc. xli. epiſtola. Nemo gloriari debet niſi de ſuo. quid enim eſt ſtultius in homine ꝙ aliena laudare. quid eſt eo dementius qui ea

Que tametſi conditoris opera ſuiqz diſtinctione poſtreme aliquid pulchritudinis trahunt: infra veſtram tamē excellentiam collocate admiratōem veſtram nullo modo merebantur. An vos agrorum pulchritudo delectat. Boeti. Quid ni. Eſt enim pulcherrimi operis pulchra portio. Si quondam sereni maris facie gaudemus: ſic celum: ſydera: ſolem: lunamqz miramur. Philoſophia. Num te horum aliquid attingit. Non audes alicuius talium ſplendore gloriari. An vernis floribus ipſe diſtingueris: aut tua ineſtiuos fructus intumeſcit vbertas.

mirantur que ad aliū trāſferri protius poſſunt. nō faciunt equum meliorem aurei freni. Nota ꝙ quadruplex eſt pulchritudo. prima eſt animaliū rationalium. ſecunda eſt brutorum ſenſibiliuz. tertia plātarum vegetabiliuz. quarta ē rerū inanimataꝝ: in quo genere gemme collocātur. propter quod dicit Philoſophia. Si gemme trahunt aliquid poſtreme pulchritudinis. An vos agoꝝ pulchritudo. Hic probat philoſophia idem de poſſeſſionibus ſicut de agris: ⁊ intēdit hanc ſententiam. Bonitas agrorum vel conſiſtit in pulchritudine eorū que delectant aſpectum: et talis pulchritudo non magis eſt ipſius hominis ꝙ pulchritudo florum vel ſtellarū q̄ etiam delectant aſpectum hominis: ⁊ tamen nihil ad hominem pulchritudo iſtorum vel bonitas agrorum confert in vtilitate eorum que eſt ad ſuſtentationez hominis: ſed hec poſſeſſio agrorum non eſt multum appetenda: vt ſit ampla: quia natura paucis eſt contenta. Unde dicit in littera. An pulchritudo agrorum delectat vos: vt gaudeatis de ea tanꝙ de bono veſtro. Et dicit Boetius quid ni id eſt quare non delectaret. eſt enim pulchra portio operis pulcherrimi ſcilicet mundi: ſic nos gaudemus facie id eſt: aſpectu maris ſereni id eſt tranquilli: ſic id eſt eadem ratione miramur celuz: ſydera: ſolem ⁊ lunam. Reſpondet philoſophia. Num id eſt nunquid aliq̄d bonuz attingit te tanꝙ proprium: quaſi diceret non. Num. i. nunq̄d audes gloriari ſplendore alicuius talium tanꝙ tuo: q. d. nō. An. i. nunquid tu: diſtingueris. i. ornaris vernis floribꝰ: certe non. nūquid tua vbertas. i. fertilitas: intumeſcit id eſt ſupbit: ieſtiuos fructus id ē per eſtiuos fructus: quaſi dicat non. quid raperis. i. circūdaris inanibus gaudijs ſupple reputando iſta eſſe tua bona: quid amplexaris externa bōa pro tuis: q. d. fruſtra hoc facis: quia fortuna nunquā faciet eſſe tua que natura rerum a te fecit eſſe aliena. Tunc dicit phia non nego quin iſta poſſunt tibi eſſe vtilia. fructus enim terrarum proculdubio debentur alimentis aiantium. i. aialibus pro alimētis: ſed ſi velis replere indigentiam nature: quod ſatis eſt id eſt ad ſufficientiā: nihil eſt. i. non oportet ꝙ petas i. deſideres affluētiaz fortune ſupple ad dilatandū ⁊ āpliādū agros. naſa. n. paucis



contenta eſt: cuius ſacietatem ſi velis vrgere id eſt cogere ſuperfluis cibis ⁊ potibꝰ illō quod infuderis ventri ſuperfluum fiet: aut iniocundum id eſt triſte: aut fiet noxiuz id eſt periculoſuz. Nota ꝙ ex littera poteſt formari talis ratio. Si illud quod magis videtur ineſſe non ineſt: nec illud quod minus ſed magis videtur ꝙ homo debet gloriari de pulchritudine celi ⁊ ſtellaꝝ ⁊ non debet: quia nihil bonuz eſt ſuuz: ergo minus debet gloriari de pulchrytudine agrorum ⁊ aliarum poſſeſſionuz.

Quid inanibus gaudiis raperis: Quid externa bona pro tuis amplexaris. Nunꝙ tua faciet eſſe fortuna: que a te natura rerum fecit aliena. Terrarum quidem fructus animantium proculdubio debentur alimentis. Sed ſiquod nature ſatis eſt replere indigentiā velis: nihil eſt quod fortune affluentiaz petas. Paucis enim minimiſqz natura contenta eſt. Cuius ſacietatem ſi ſuperfluis vrgere velis: aut iniocundum quod infuderis fiet aut noxium. Jam vero pulchrum variis fulgere veſtibus putas. Quarum ſi grata intuitu ſpecies eſt: aut materie naturam: aut ingenium mirabor artificis.

Nota ꝙ natura nō eſt onerāda ſuperfluis ſed ē alēda. paucis cōtenta eſt. vnde Seneca. xvi. epiſtola. Si ad naturaz vixeris nunꝙ eris pauper: ſi ad opinionez nunꝙ eris diues. Exiguū natura deſiderat: opinio vero immenſum. Et beatus Auguſtius dicit. Sumenda ſunt alimenta tanquā medicamenta. et Gregorius. Dum venter nimia ſacietate extēditur: aculeus libidinis ſuſcitatur. Nota ꝙ Ariſto. in quadaz epiſtola ad alexādrum di. Qui tranſgreditur debitum modū in pleno ⁊ in vacuo: nō poterit euadere furorem egritudinis ⁊ moleſtias infirmitatum. Qui ergo appetit viuere ⁊ dominari: renunciat deſiderio proprie voluptatis: nec comeſtionē comeſtioni ſuppaddat: qꝛ oīs icontinēs voluntarie eſt egrotans ſecundo ethicorum. Et ſubdit: audiui ab Hypocrate ꝙ conſeruauit dictas pro quibus debilitatem corporis ſuſtinebat. cui dixit ſuus diſcipulus. doctor egregie: ſi velles bene comedere: non ſuſtineres tantam corporis debilitatem. Cui reſpondit Hypocras. Ego comedo vt viuam: non viuo vt comedam. Unde dicit Ariſtote. ibidem. Alimentum propter durabilitatem eſt querenduz: non durabilitas propter alimentum. Subdit. Multos noui qui diminuerunt de alimento ⁊ comeſtione abſtinentes a ſuis appetitibus: parcentes gule: viuentes temperate per dictas: qui fuerunt ſaniſſimi corporis: longioris vite ⁊ boni appetitus.

Jam vero pulchrum. Hic philoſophia oſtendit ꝙ non ſit gaudendum de pulchritudine veſtium tanꝙ de proprio bono: ⁊ arguit ſic. De illiꝰ pulchritudine non eſt gaudenduz que non eſt hominis pulchritudo: ſed pulchritudo veſtium non eſt hominis pulchritudo: ſed eſt ipſarum veſtium: igitur ⁊ cetera. vnde dicit in littera. Jam putas pulchrum eſſe id eſt tue pulchritudini aſcribendum fulgere varijs veſtibus: quaſi diceret non debes hoc putare: quarum ſcilicet veſtium: ſi ſpecies id eſt pulchritudo: eſt grata id eſt delectabilis intuitu: ego mirabor naturam materie veſtium: aut mirabor ingenium id eſt ſubtilitatem artificis veſtem formātis nihil



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aſcribendo tibi. Nota ꝙ ſplendor habitus exterioris non facit hominem meliorem niſi fulgeat habitus mentis interiori in eo. vnde Seneca. Nullus dicit gladiuꝫ eſſe bonum ſi balteus eius deauratus eſt ⁊ vagina gemmis diſtincta. Sed gladius bonus eſt: ſi bene inſcidit ⁊ bonū acumen habet. ⁊ mucro bonus ē qui omne munimē rupturus eſt. vnde ſunt verſus. Aurea nobilitas luteam ſi veſtiat ollam, Non ideo ſequitur hanc minus eſſe luteam.

An vero te longus ordo famulorum facit eſſe felicem. Qui ſi vicioſi moribus ſint ꝑnicioſa domus ſarcina: et ipſi domino vehementer īimica. Si vero probi ſint quonammodo ī tuis opibus aliena probitas numerabitur. Ex quibus omnibus nihil horum que tu in tuis computas bonis: tuum eſſe bonum liquido monſtratur. Quibus ſi nihil inē appetēde pulchritudinis: quid eſt ꝙ amiſſis doleas: vel leteris retē tis. Quod ſi natura pulchra ſunt: quid id tua refert. Nam hec ꝑ ſe a tuis quoqꝫ opibus ſequeſtrata placuiſſent. Neqꝫ eniꝫ idcirco ſunt precioſa ꝙ in tuas venere diuitias: ſed quoniam precioſa videbātur: tuis ea diuitiis annumerare maluiſti.

Item poeta inquit. Cinge caput lauro tege corpus gēmis ⁊ auro. Si fueris prudem remanebis ruſticus idē. An vero te longus ordo famulorum. hic philoſophia oſtendit nō eſſe gloriandum de multitudine famulorum tanq̄ de proprio bono: ⁊ arguit ſic. Famuli aut ſunt ꝑuerſi in moribus: ⁊ ſic ſūt nociui: aut ſunt bene morigerati: tunc nihil ad te: quia hec probitas eſt famulorum ⁊ non tua. Vnde dicit in littera. An vero longus ordo famulorum facit te eſſe felicem: q̄ ſcilicet famuli ſi ſint vicioſi moribus ſupple: tunc ſunt pernicioſa ſarcina id eſt periculoſum pondus ipſius domus: ⁊ ſunt vehementer inimica ipſi domino. ſi vero ſint probi: quonammodo id eſt per quē moduꝫ aliena ꝓbitas numerabitur id eſt computabitur in tuis opibus: quaſi diceret nullo modo. Et tunc concludit de omnibus predictis dicens. Ex quibus omnibus predictis monſtratur liquido id eſt aperte nihil horum eſſe tuum bonum que tu computas in tuis bonis: quibus ſi nihil ineſt appetende pulchritudinis ſupple que tibi aſcribere poterit: quid eſt id eſt quare eſt ꝙ tu doleas de amiſſis vel leteris retentis: ꝙ pro ſed: ſi predicta ſunt pulchra natura. i. propter naturam propriam: quid refert id tua. i. quid pertinet hoc ad te: quaſi diceret nihil. nam hec ſequeſtrata. i. diuiſa tuis opibus per ſe placuiſſent. neqꝫ enim idcirco ſunt precioſa ꝙ in tuas venere diuitias: ſed quomā pro q̄ videbātur tibi precioſa: idō maluiſti ea ānumerari tuis diuitijs. No. ꝙ ſerui ꝑuerſi in morib⁹ ſunt familiares inimici domini ⁊ totius domus: de quibus poſtea dicetur tertio huius quinta proſa. Non eſt peſtis efficatior ad nocendum q̄ familiaris inimicus: ⁊ ſi videntur aliquando amici hoc eſt ratione vtilitatis non ratione virtutis: de quibus loquitur Sene. in de remedijs di. Mel muſce ſequūtur: cadauera lupi: frumēta formice: predam ſequitur iſta turba non hominem. Item Sene. di. xli. epiſtola. In homine illud laudandum eſt quod ipſius eſt: ſi familiā formoſam habet ⁊ domū pulchrā: ſi multū ſerit: ſi multū feneratur: nihil horū in ipſo eſt: ſed circa ipm̄ lauda in illo





quod proprium eſt quod nec auferri nec eripi poteſt. Quid aūt tanto fortune ſtrepitu. Hic philoſophia oſtendit generaliter diuitias non eſſe appetendas magnope: ⁊ facit hoc tribus rationibus. ſecundam ponit ibi. Ita ne. tertiam ibi. Ego vero nego. Prima ratio eſt iſta. Illa non ſunt multum appetenda per que hō non conſequitꝰ ea ꝓꝑ q̄ appetunꝰ: ſed propter diuitias hō nō cōſeq̄tur ea ꝓpter q̄ diuitie appetūtur.

Quid autē tanto fortune ſtrepitu deſideratis fugare credo indigētiā q̄ritis copia. Atqui hoc vobis in cōtrariuꝫ cedit. Pluribus quippe adminiculis opus eſt ad tuendaꝫ precioſe ſuppellectilis varietatem. Verumqꝫ illud eſt ꝑmultis indigere eos qui multa poſſident. Contraqꝫ minime indigeret qui abundantiam ſuam nature neceſſitate nō ambitus ſuperfluitate metiantur. Ita ne autem nullum eſt proprium vobis atqꝫ inſitum bonū: vt in externis ac ſepoſitis rebus bona veſtra queratis. Sic rerum verſa conditio eſt: vt diuinū merito rōis aīal nō aliter ſibi ſplēdere: niſi inaīate ſuppellectilis poſſeſſiōe vi

appetunꝰ eīꝫ diuitie propter fugam indigētie: quā fugā idigētie hō nō cōſeq̄tur ꝑ diuitias ſicut declarat in littera dicēs. Quid auteꝫ tanto ſtrepitu id eſt labore: deſideratis. i. cum deſiderio inſiſtitis fortune: credo vos queritis fugare indigentiaꝫ copia. i. diuitijs: quaſi diceret: idō deſideratꝭ diuitias vt ſupplcatis veſtram indigētiam. Atqui pro ſed hoc cedit vobis ī contrariū: quia ſupple pro quia pluribus adminiculis id eſt adiutorijs eſt opus ad tuendum varietatem precioſe ſuppellectilis id eſt poſſeſſionis. verūqꝫ illud eſt ꝑmultis eos idigere qui ꝑmulta poſſidcnt: qꝫ pro ⁊ contra. i. per ꝯuꝫ ſup. illi minime indigent qui metiantur id eſt menſurant ſuam abundantiā non ſupfluitate: ambitus id eſt cupiditatis: ſed neceſſitate nature. Nota ſcḋm Senecā permultis indigent qui permulta poſſident. propter quod multe diuitie nō fugant indigentiam: ſed magis excitant. vnde poeta. Nulla ditari rōne poteſtis auari. Vos faciūt inopes quas cumulatis opes. Nota circa hoc qḋ dicit minime indigēt. dicit Seneca. lxi. epiſtola. Thaurus pauciſſimorum iugerum paſcuis impletur: ⁊ vna ſilua pluribus elephātibus ſufficit: homo terra paſcitur ⁊ mari. Quid igitur tam inſatiabilē ventrē natura dedit nobis: cū tam modica corpora nobis dederit vt vaſtiſſimorū edaciſſimorūqꝫ animaliū auiditatē vinceremus. q̄tulum eīm eſt quod nature datur paruo illa educatur: non fames noſtri ventris nobis magno conſtat: ſed ambitio. ventri autē obedientes loco animalium numeremur non hominum. Querens vitam voluptuoſam oportet vt corpori ſuo ſeruiat. Maior ſum: ⁊ ad maiora genitus ſum: q̄ ꝙ ſim mancipiū mei corporis. Quod non aliter aſpiciam: q̄ aliquod vinculuꝫ mee libertati circūdatuꝫ natura paucis minimiſqꝫ contenta eſt. Ita ne autem nullum eſt proprium vobis. Hic ponit ſecundam rationem. ſecundo concludit manifeſtum errorem hominū ibi. q̄ vero late. ⁊ ratio talis eſt. Illa non ſunt appetēda quibus appetitis homo putans ſe talibus ornari facit iniuriaꝫ ſuo creatori: ſed bona exteriora ſicut diuitie ſunt huiuſmodi vt declarat in littera: ergo ⁊c. ⁊ dicit. O homines nunquid nullum bonuꝫ



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſt proprium: atqꝫ inſitum id eſt naturale: ⁊ intrinſecum vobis: ita vt queratis bona veſtra: in externis rebus id eſt extrinſecis rebus: ⁊ in rebus ſepoſitis id ē a vobis ſeorſum poſitis. q. d. imo in vobis eſt bonum ſi conſiderare vultis: ſed ſic eſt verſa: id eſt mutata conditio rerum: vt aīal diuinum .ſ. homo qui eſt ſimilis deo non aliter videatur ſibi ſplendere niſi in poſſeſſione ſuppellectilis inanimate id eſt bonorum exteriorū que ſunt inaīata: ⁊ alia quidem ab homine contēta ſunt rebus .ſ. ſuis bonis: vos aūt ſupple hoīeſ deo conſimiles mēte captatis id eſt queritis ornamēta veſtre excellētis nature a rebus infimis .ſ. inaīatis: quod eſt erroneuꝫ: nec intelligitis quantā iniuriam faciatis veſtro cōditori ſupple peruertēdo ordineꝫ ab eo inſtitutum. Ille enim conditor voluit humanum genus preſtare id eſt precellere omnibꝰ terrenis: ſed vos detruditis veſtrā dignitatem infra queqꝫ ſupple rerū infima. qd̄ probaꝛ in hoc. Nā oē bonuꝫ ē precioſius eo cuius eſt bonū: cū vos iudicatis viliſſima rerum: ſicut ſunt bona ſupple fortune eſſe veſtra bona: vos ſūmittitis id ē ſubijcitis voſmetipōs eiſdē vr̄a extiatiōe .i. opiniōe: ⁊ hoc haud ꝓ nō imerito cadit .i. accidit hoī: q̄ppe ꝓ q꜡ iſta eſt cōditio hūane nature: vt proꝙ: tum id eſt tunc tantum excellat ceteris rebus cum ſe cognoſcit. eadē tamen ſupple natura humana redigaꝛ infra beſtias: ſi deſierit ſe noſſe. Nam ceteris animātibus natura eſt ignorare ſeſe id eſt ſeipſam: ſed hominibus venit id eſt prouenit ex vicio.

deatur. Et alia quidem ſuis rebus cōtenta ſunt: vos autem deo mente conſimiles: a rebus infimis excellentis nature ornamenta captatis: nec intelligitis quātā conditori veſtro faciatis iniuriaꝫ. Ille genus humanuꝫ terrenis omnibus preſtare voluit: vos dignitatē veſtram infra queqꝫ infima detruditis. Nam ſi omne cuiuſqꝫ bonum id eo cuius eſt conſtat eſſe precioſius: cum viliſſima rerum veſtra bona eſſe iudicatis eiſdē: voſmet ipſos veſtra extimatione ſummittitis. Quod quidem haud immerito cadit. Humane quippe nature iſta cōditio ē: vt tum tātuꝫ ceteris rebus cū ſe cognoſcit excellat. Eadē tn̄ infra beſtias redigatur: ſi ſe noſſe deſierit. Nā ceteris animātibus ſeſe ignorare natura eſt: hominibus vero vitio venit.

Nota ꝙ homini eſt inſitum proprium bonum quod eſt recta ratio: que ſemper deprecatur ad optima: in cuius actu ⁊ ſpeculatione conſiſtit felicitas: quia ſapiens maxime ē felix. x. ethicoꝝ: ⁊ homo curans intellectū deo amantiſſimꝰ videꝛ ibidē: ideo nō eſt querendū bonū hoīs in rebꝰ externis. Nota ꝙ homo mēte ⁊ rōne ē ſīlis deo: q̄a ſm̄ Sene. ratio nihil eſt aliud ꝙ ps diuini ſpūs merſa in corpus humanum. Et dicit idē ꝙ animus rectꝰ eſt quaſi deꝰ in hūano corpe hoſpitatꝰ. Et idē dicit. Diſce potius animū extollere in imenſuꝫ. nobilis enīꝫ ⁊ generoſa res ē animus. No. ꝙ hō ſeipm̄ honorās deterior eſt beſtia. vn̄. B. in tractatu de ſummo bono allegās cōmentatoreꝫ dicit. Ve vobis hoībus q̄ de numero beſtiarū cōputati eſtis: hoc diuinū qd̄ in vobis eſt nō cognoſcētes: ꝓpter qd̄ ad ſupiora aſcēditis: ⁊ iō ſīles eſtis. Et ſubdit diuinum autem in hoīe vocat intellectū ⁊ rationem. Nota ꝙ nihil prohibet vnuꝫ ⁊ idem eſſe



nobilius ⁊ ignobilius quod diuerſificatur ſm̄ conditionē ſeu conſiderationeꝫ. vnde ꝙuis homo ſm̄ ſe ⁊ ſimpliciꝛ ſit melior beſtijs: tamē inꝙtuꝫ deficit ab aliquo qd̄ ſibi debetur ſm̄ naturaꝫ .ſ. cognoſcere ſe quod nō debetur beſtijs: ſic eſt ignobilior beſtia.

Quam vero late patet. Hic phīa concludit manifeſtuꝫ errorē hoīm dicens. O homines ꝙ late patet veſter hic error: qui eſtimatis aliquid poſſe ornari ornamentis alienis. At ꝓ ſed illud fieri nequit. nā ſi quid .i. aliquid luceat ex appoſitis ſibi ⁊ non ex propria pulchritudine: tūc appōita illa laudantur: vero pro ſed illud quod eſt velatū: atqꝫ ꝓ et tectū appoſitis illis: nihilominus perdurat .i. pſeuerat: in ſua feditate .i. turpitudīe. Nota ſi aliquid eſt feriduꝫ in ſe: eius feditas nō tollitur ꝑ ornatum extrinſecū. vnde dicit poeta. Aurea nobilitas luteā ſi veſtiat ollam. Nō ideo ſequitur hāc minus eſſe luteā. Et quidaꝫ clericus ridens mulieri q̄renti vtꝝ eſſet pulchra dixit. O domina pulchra ſunt tibi appēſa. Ego vero nego illud eſſe bonum quod noceat habēti. Hic ponit tertiam rationem que talis eſt. Illud non eſt multum appetenduꝫ quod nocet poſſidenti: ſed diuitie ſepe nocuerunt poſſidentibus qd̄ declarat ex duobus. prīo q꜡ diuitie faciūt poſſidētes ſe falſa opinari vel eſtimare. Secundo quia faciunt poſſidentes amiſſa ſecuritate timere. Unde dicit in littera. Ego philoſophia nego illud eſſe bonum quod noceat habenti. Num id mentior. inquies. minime. Atqui pro certe diuitie perſepe nocuerūt poſſidentibus. Cum pro quia quiſqꝫ ſupple homo eo ꝙ ipſe eſt auidus magis alieni eris: ipſe putat illum homineꝫ ſolum digniſſimum: qui habet id eſt poſſidet quicquid vſquam eſt auri: qꝫ pro et gemmarum. Tu igitur ſupple homo qui in diuitijs conſtitutus es: nunc pertimeſcis gladiū: qꝫ ꝓ ⁊ cōtū: ſi intraſſes callē .i. ſemitā huiꝰ vite tanꝙ viator vacuus: corā latrone ſecurꝰ cātares. Tūc iuchiꝛ cōtra diuitias. O preclara beatitudo opū mortaliū: ⁊ loquitur ironice: quaſi dicat minime preclara quā tu hō cū adeptus fueris ſecurꝰ eſſe deſiſtis. Nō. diuitie nocēt hn̄ti. vn̄ Ariſ. i. ethi. dicit. Talē q̄dē errorē hn̄t bona ꝙ multis cōtigunt detrimēta ex ipis. multi eīꝫ ꝓpter diuitias ꝑierūt. Nō. ꝙ mali tn̄ diuites reputāt eē dignos. vn̄ dicit Amb. Ita incubuerūt mores hoīꝫ i admiratōe diuitiaꝝ: vt nemo niſi diues puteꝛ dignꝰ. Nō. ꝙ diuitie nō reddūt hoīeꝫ ſecuꝝ. vn̄ Iuuenalis poeta. Pauca lꝫ portes argēti vaſcula puri. Nocte iter igreſſus ꝯtū gladiūqꝫ timebis

Quaꝫ vero late patet veſter hic error: qui ornari poſſe aliquid ornamētis extiſtimatis alienis. At id fieri ne inquit. Nam ſi quid ex appoſitis luceat: ipſa quidem que ſunt appoſita laudantur: illud vero his tectum atqꝫ velatum in ſua nihilominus feditate ꝑdurat. Ego vero nego illud eſſe bonuꝫ quod noceat habenti. Num id mētior. Minime inquies. atqui diuitie poſſidentibus perſepe nocuerunt. Cum peſſimus quiſqꝫ eris alieni magis eo auidus: q̄cquid vſquā auri gemmarumqꝫ eſt: ſe ſolum qui habet digniſſimum putat. Tu igitur qui nunc contum gladiumqꝫ ſolicitus ꝑtimeſcis: ſi vite huius callē vacuuſ viator ītraſſes: corā latrōe ſecurus cātares.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Et nocte ad lunam trepidabis arundinis vmbram. Cantabat vacuus coram latrone viator. Et Seneca. xliiij. epiſtola dicit. Nudũ latro tranſmittit: ⁊ in obſeſſa via pauperi pax eſt. ⁊. lxxvi. epiſtola dicit. Quiſquis ſe fortune multum dedit ingentem ſibi viam perturbationis fecit, vna hec via eſt ad tuta vadendi externa deſpicere: ⁊ honeſto contentum eſſe.

Metrum quintũ ſecundi libri.

Elix nimiũ prior etas. Hic incipit quintum metrum huius ſecundi: quod dicitur ſpentitacum ab inuentore: anapeſticum a pede predominãte. ⁊ eſt dimetruz: quia quattuor pedũ nam quattuor pedes vnũ metrum conſtituunt. ⁊ eſt catbalecticũ: quia in quarto pede vna ſyllaba õficit ad complementum metri. In quo metro phia commendat primam etatem que erat ſine cupiditate diuitiarum: deplangẽdo preſentem etatem in qua dominatur ⁊ regnat auaricia. Primo ergo commẽdat etatem antiquoruz. ſecundo noſtram etatez deplangit. ibi. Utinã modo.

O preclara opum mortalium beatitudo: quã cũ adeptus fueris ſecurus eẽ deſiſtis.

## Incipit metrum quintum.

Elix nimium prior etas
Contenta fidelibus aruis
Nec inerti perdita luxu
Faciliqꝫ ſera ſolebat
Ieiunia ſoluere glande.
Nec bachica munera norat
Liquido confundere melle.
Nec lucida vellera ſerum
Tyrio miſcere veneno.
Somnos dabat herba ſalubres:
Potum quoqꝫ lubricus amnis

do. pmo dicit. Prior etas nimiuz felix fuit contẽta fidelibus aruis id eſt fideli agricultura: nec fuit perdita id eſt deprauata: inerti luxu id ẽ graui ſuperfluitate: que etas ſolebat ſoluere id eſt remouere: ſera id eſt tarda ieiunia: facili glande id ẽ vili fructu: nec illa etas norat id eſt nouerat: confundere id eſt miſcere bachica munera. i. vina liq̃do melle ad faciendũ mellicratum ſicut modo fit. nec etiam nouerat miſcere id eſt intingere: lucida vellera id eſt albam lanam: ſerum id eſt illorum populoꝝ: tyrio veneno id eſt ſanguine conchilioꝝ: quoꝝ copia apud tyrũ inuenitur ad faciendũ purpureum colorem. Herba dabat eis ſalubres ſomnos. non enim dormiebant in lectis eburneis: ſed in herbis: ꝙ pro ⁊ lubricus amnis id eſt labilis aqua dabat eis potum: ⁊ pinus. i. illa arbor altiſſima dabat eis vmbras id eſt vmbroſas habitationes. non enim in domibus ⁊ in curioſis edificijs habitabant. nonduz hoſpes aliquis exiſtens ſecabat id ẽ diuidebat nauigando alta. i. profundum maris: quia adhuc non erat vſus nauiũ: nec mercibus vndiqꝫ lectis id eſt collectis: viderat noua littora id eſt alienas terras: quia manebat in patria. tunc ſupple in illa etate tacebant ſeua claſſica id eſt tube vel cornua vocantia homines ad bellum: dicta claſſica a calo quod ẽ voco: neqꝫ cruor fuſus acerbis odijs tinxerat id eſt madidauerat horrida arma: quia tunc non erat vſus armorum. quid enim id eſt propter quid hoſticus furor vellet prior arma mouere: cuz vi





deret ſeua vulnera: nec videret vlla premia ſanguinis: quia nihil erat pro quo pugnarent. Nota circa hoc ꝙ dicit prior etas: quattuor etates diſtinguntur ſecunduz poetas. in prima fuerunt homines boni ⁊ ſimplices paucis contenti: qui comedebãt glãdes: bibebant aquam: non colebant vineas. hanc etatem vocabant poete auream: ⁊ erat ſub ſaturno; de quã Boe. loquitur in littera. Secunda etas dicebatur argentea

Umbras altiſſima pinus.
Nondum maris alta ſecabat:
Nec mercibus vndiqꝫ lectis
Noua littora viderat hoſpes.
Tunc claſſica ſeua tacebant.
Odiis neqꝫ fuſus acerbis
Cruor horrida tinxerat arma:
Quid enim furor hoſticus vlla
Uellet prior arma mouere
Cum vulnera ſeua videret
Nec premia ſanguinis vlla.
Utinam modo noſtra redirent
In mores tempora priſcos.
Si ſeuior ignibus etne:
Feruens amor ardet habendi
Heu primus quis fuit ille.

que erat ſub Ioue: cũ homines magis aſtuti inuenerunt agriculturã: ⁊ ceperũt inhabitare domos ⁊ plantare vineas. Terciam etatem vocabant eream in qua homines propter propriam curam rerum ceperunt alios depellere ⁊ ſe aliqualiter malicie dare. Quartam etatez vocabant ferream quando in tantuz abundabat malicia ⁊ auaricia hominum ꝙ nec fides nec iuſticia manſit in terra: in qua etate nos ſumus quam in fine Boe. deplãgit. Nota circa hoc ꝙ dicit inerti luxu ꝙ inertia ⁊ otiũ ſunt cauſa luxurie. Unñ poeta. Otia ſi tollas periere cupidinis artes. Item Horatius. Queritur egiſtus quare ſit factus adulter.

In promptu cauſa eſt: quia deſidioſus erat. Eſt autez triplex luxuria: vt habetur ĩ de ſcholarium diſciplina. quedam conſiſtit in coitu: quedam in crapula: ⁊ quedam ĩ veſtitu: ⁊ quelibet eſt fugienda. Nota circa hoc ꝙ dicit lucida vellera ſerum. Seres ſunt quidam homines apud quos contexitur lana de arboribus. fila ergo que a vermibus qui dicuntur bombices operantur: illa vocat hic lucida vellera. Nota ꝙ tyrus eſt vermis venenoſus in cuius ſanguine intingitur purpura. Alij dicunt ꝙ ſit genus conchiliorum in quorum ſanguine intingitur purpura; quorum conchiliorum copia inuenitur apud tyruz inſulam. Utinaz modo noſtra redirẽt. Hic philoſophia deplangit preſentem etatem dicens. Utinam noſtra tempora id eſt conditiones noſtri temporis: redirent modo id eſt redigerentur: in priſcos mores id eſt in mores antiquos. ſed heu non eſt ita: ſed amor id eſt deſiderium habendi feruens: ſeuior id eſt periculoſior ignibus etne illius montis ardet. Heu quis fuit ille qui primus fodit id eſt effodit pondera tecti auri id eſt abſconditi effodit gẽmas volentes latere que ſunt precioſa pericula: quia multi propter eorum precioſitatem pericula incidunt.

Nota Seneca in libro de diuiſione ſcientiarum commendans priorem etatem dicit. O felix prior etas que tot pertulit ſapientes: quibus velut ſtellis fulgentibus mundi tenebras irradiaret, ſed heu nunc alij terrenis cure inſeruiunt: alij temporalis digni

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tatis ambitione inardeſcunt; omnes vere circa ſtudium ſapientie elangueſcunt.
Nota ꝙ etna eſt mons ſicilie qui frequenter ignibus inardeſcit: ad cuius ſimilitu-dinem habet ſe auaricia ⁊ cupiditas hominum que inſatiabilis nunꝙ penitus extin-guitur. vnde Tullius in libro de finibus bonoꝝ ⁊ malorum dicit. Cupiditates homi-num ſunt inſatiabiles: que non modo ſingulares; ſed vniuerſas familias euertunt. Ex cupiditatibus eniz odia: ſeditiones: ⁊ bella naſcū-tur: ex quibus vitaz amariſſimam neceſſe eſt effici.

Auri qui pōdera tecti:
Gemmaqz latere volentes
Precioſa pericula fodit.

Proſa ſexta ſecundi libri.

Uid autem de dignitatibus potē-tiaqz diſſeram: quas vos vere di-gnitatis ac poteſtatis inſcii celo ex-equatiſ. Que ſi in improbiſſimū quēqz ce-ciderint: que incendia flammis etne eru-ctuātibus quod diluuiū tantaſ ſtrages de-derint. Certe: vti meminiſſe te arbitror: conſulare imperium: quod libertatis prin-cipuum fuerat: ob ſuperbiam conſuluz ve-ſtri veteres abolere cupierunt. Qui ob eā-dem ſuperbiam prius regium de ciuitate nomē abſtulerant. At ſiqū: quod prarum eſt: probis honores deferātur: quid in eis aliud ꝙ probitas vtentium placet.

Proſa ſexta ſecūdi libri.

q Uid autem de di-gnitatibus. H eſt ſexta proſa huius ſecundi libri: in qua philo-ſophia oſtendit ꝙ digni-tates ⁊ poteſtates nō ſūt magnope appetende. Et primo probat intentū de dignitate ⁊ poteſtate ſil. ſecūdo de poteſtate diui-ſim ibi. Que vero. tertio iterato ſimul de dignita-te ⁊ poteſtate ibi. ad hec. Primo intēdit rōnem. Il-la non ſunt multuz appe-tenda que cuz adueniunt malis faciunt ipſos dete-riores: ⁊ bonos non effici-unt meliores: ſed dignita-tes ⁊ poteſtates hmōi ſūt ſicut declarat i littera: igi-tur ⁊c. vnde dicit ſic: q̄d diſſeram id eſt dicā de di-gnitatib⁹: ꝙ ꝓ ⁊ potētia: quas vos inſcij. i. ignari vere dignitatis: ac ꝓ ⁊ ptātis: exe-quatis. i. aſſimilatis: celo. i. ſūmo bono: q̄ ſi ceciderit in quēꝗ iprobiſſimū. i. vicioſiſ-ſimū: q̄ incēdia etne illi⁹ mōtis dederint tātas trages. i. picula: flāmis eructuātibus i. exeūtibus: ⁊ ꝙ diluuiuz dederit tātas ſtrages ſicut illi mali: q̄bus adueniunt digni-tates. q. d. plura mala ꝓueniūt ex dignitatibus ⁊ ptātib⁹ maloꝝ ꝙ ex incēdio ignis vel diluuio fluuij. Et ſubdit phia vti ꝓ ſicut arbitror te memiſſe: veſtri veteres. i. ātiq̄o-res romani: cupierūt abolere id eſt delere: imperium cōſulare id eſt dignitatem conſu-larem: ob. i. propter ſuperbiam conſulum: quod imperium conſulare fuerat principiū libertatis: quia romani liberius viuebant ſub conſulibus ꝙ ſub regibus: qui romani etiam prius abſtulerant de ciuitate nomen regium propter eandem ſuperbiā. ſ. regū. Ex quo pz ꝙ dignitates faciūt malos deteriores. At ꝓ ſed. Si poteſtates ⁊ dignita-tes deferantur probis: q̄ prarum eſt; quid in eis ſupple dignitatibus aliud placet ꝙ



Ita fit vt nō virtutibus ex dignitate: ſed ex virtute dignitatibus honor accedat. Que vero eſt iſta veſtra expetibilis ac pre-clara potentia. Nonne o terrēa animalia conſideratis quibus preſidere videamini. Num ſi inter mures videres murem ali-quem ius ſibi ac poteſtatem pre ceteris vendicantem: quanto moupereris cachin-no. Quid vero ſi ſpectes corpus imbe-cilius homine reperire queas: quos ſepe muſcularum quoque vel morſus: vel in ſe-creta queque reptantium necat introi-tus. Quo vero quiſquam ius ali-quod in quempiam: niſi in ſolum corpus

probitas vtentium: quaſi dicat nihil ita fit id eſt propter hoc: ſi vt virtutibus non ac-cedat honor ex dignitate: ſed honor accedit dignitatibus ex virtute vtentiū eis: ⁊ ita dignitates nihil boni adijciunt ipſis bonis. Nota duplex eſt dignitas ⁊ poteſtas. quedam mundana ſiue temporalis que conſiſtit in bonis temporalibus exterioribus ⁊ in tali non conſiſtit vera felicitas cum ſit reſperſa multis amaritudinibus. Alia ē di-gnitas ⁊ poteſtas anime ſiue ſpiritualis que conſi-ſtit in ſcientijs ⁊ virtuti-bus: ⁊ illa nō poteſt ſupe-rari vicio nec aduerſitati-bus: nec proſperitatibus in qua cōſiſtit beatitudo ⁊ beata vita. Unde Am-bro. in li. de officijs dicit. Dico beatam vitam con-ſiſtere in altitudine ſapiē-tie: in ſuauitate conſcien-tie: ⁊ v̄tutis ſublimitate.
Nota ꝙ inſcij dignita-tes ⁊ poteſtates munda-nas adequant celo: q: nō recte iudicāt. iudicāt. n. ſecundū concupiſcentiaz ⁊ non ſecunduz rei verita-tem. imperiti enim velut a longe diſtantes a veri-tate ſpeculanſ primo clē-corum. Nota ꝙ mali di-gnitatibus ⁊ poteſtatibus prediti plus nocent ꝙ ignis vel diluuium aquarum: quia mali dignitate ſua ⁊ poteſtate extolluntur in ſuperbiaz: alios iugo ſeruitutis oppri-mendo: pro quo exequendo mouentur bella quibus humanum genus plus offenditur ꝙ igne vel diluuio. Nota ꝙ ciuitas romana a tempore Romuli ſui conditoris a re-gibus erat gubernata: poſtea romani exigente malitia ⁊ ſuperbia regum ipſos dele-uerunt ⁊ conſules inſtituerunt: qui etiam propter eorum ſuperbiam fuerūt abiecti: ex quo patet ꝙ dignitas ⁊ poteſtas malorum eos efficit peiores.
Nota ꝙ homo nō debetur alicui ratione dignitatis: ſed poti⁹ rōne virtutis. Unde Ariſtoteles quarto ethicoruz. Non erit vtiqz dignus honore prauus exiſtens. virtutis enim premium honor eſt. Unde ſecundum veritatem ſolus bonus eſt honorandus.
Que vero eſt iſta veſtra. Hic probat ſpecialiter de poteſtate ꝙ non ſit multum ap-petenda duabus rationibus. Secunda ibi. Quid autem eſt. ratio talis eſt. Illa poteſtas non eſt multum appetenda que non eſt magne: ⁊ fortis reputationis: ſed tā-tum eſt fragilis ⁊ imbecillis: ſed poteſtas temporalis eſt huiuſmodi: quia per eam ho-mo non poteſt ſupra animam: ſed tantum ſupra corpus ⁊ ſuper ea bona que corpo-ris ſunt. humano autem corpore nihil eſt imbecillius. dicit ergo in littera. Que vero eſt iſta veſtra expetibilis id eſt deſiderabilis: ac preclara id eſt nobilis potentia. q. d. nulla eſt. nonne cōſideratis o terrena animalia quib⁹ videamini preſidere. i. poſſe. ſi eniz inter mures videres vnū pre ceteris ibi vendicantē. i. vſurpantem ius ac ptātem

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ꝛ quod infra corpus fortunaꝫ loquor poſſet exercere. Num vnq̄ꝑ libero imperabis animo. Num mentem firma ſibi ratione coherentem: de ſtatu proprie quietis amouebis. Cum liberum quendam viruꝫ ſuppliciis ſe quidam tyrānus adacturum putaret: vt aduerſum ſe facte coniurationis conſcios proderet: linguaꝫ ille momordit atqꝫ abſcidit: ꝛ in os ſeuientis tyranni eā abiecit. Ita cruciatus quos putabat tyrānus materiam crudelitatis: vir ſapiēs fecit eſſe virtutis. Quid autē eſt quod in alium quiſq̄ꝑ poſſit facere: quod ſuſtinere ab alio ipē n̄ poſſit. Breſiridē accepimus necare hoſpites ſolitum: ab hoſpite hercule

ſuper alios mures. o q̄ꝫto cachino id eſt riſu tu mouereris: quia deriſibile eſſet. ꝛ talis eſt poteſtas terrena ſcilicet deriſibilis que non extendit ſe niſi ad corpus. quid vero ſi tu ſpectes id eſt conſideres corpus: eſt imbecillius id eſt debilius homine: quaſi diceret nihil: quos homies ſepe necat id eſt interfecit: morſus muſcarū id eſt paruorū vermium: vel etiam introitus in ſecreta id eſt in interiora hominis quecꝫ: reptantium id eſt ſerpentiū. quo vero id eſt quomodo q̄ſq̄ꝑ poteſt exercere ius aliqđ in quēpiam: niſi in ſolum corpꝰ: ꝛ in fortunam id eſt in bona fortune que ſunt infra corpus: quaſi diceret nullo modo. Num id eſt nunquid tu vnq̄ꝑ imperabis libero aīo: quaſi diceret nō. Num id eſt nūquid tu amouebis de ſtatu ꝓprie quietis menteꝫ ſibi firma ratione coherentem: quaſi diceret non. ꝛ hoc ꝓbat exemplo cuiuſdam philoſophi: qui nullis tormentis ad hoc potuit compelli vt illud faceret quod ratō naturalis iudicabat nō faciendū. vnde dicit. Cū quidaꝫ tyrannus putaret ſe adacturum id eſt compulſurum ſupplicijs: quendam liberuꝫ virum id eſt philoſophum: vt ipſe proderet cōſcios facte coniurationis aduerſum ſe: ille ſupple liber homo linguam momordit atqꝫ abſcidit: ꝛ abiecit eaꝫ in os id eſt in faciem ſeuiētis tyrāni. Ita illos cruciatus quos tyrannus putabat ſupple eſſe materiam id eſt cauſam crudelitatis: vir ſapiens fecit eſſe materiam virtutis: quia hoc pro virtute non pro crudelitate ei reputatum eſt.

Nota ꝙ muſcula eſt diminutiuum huius nominis muſca: ꝛ per muſcam dat intelligere quecunqꝫ animalia venenoſa vel vermes venenoſos: ꝛ ab iſto loco recipit auctor florum cum dixit. Debilius quid ſit mare quos nece muſcula perdit. Nota ꝙ animus hominis liber ē ꝛ cogi non poteſt. vnde Seneca. Errat ſiquis ſeruitutem credit tranſire in totum hominem. non eniꝫ tranſit in animaꝫ: quia libertas eſt anima.

Nota ꝙ homo liber ꝛ conſtans nullis ſupplicijs vinci poteſt: quia dicit Seneca in libro de clementia. magni animi propriuꝫ eſt placidum eſſe ꝛ tranquilum: ꝛ iniurias ꝛ offenſiones ſuperbie deſpicere. ꝛ. xxviij. epiſtola. triginta tyranni Socrateꝫ circumſteterunt: nec potuerunt animum eius infringere. Quid auteꝫ eſt. Hic philoſophia ponit ſecundam rationem que talis eſt. Illa poteſtas non eſſe multum appetenda per quam nemo poteſt facere ꝙ alius non poſſit in ipſum quod ipſe poteſt in alium: ſed poteſtas tēporalis eſt hmōi ſicut in littera declarat ponēs duo exēpla de Breſiride ꝛ Regulo. Primū exēplū eſt de Breſiride. Breſirides fuit filꝰ Neptuni ex mr̄e Libia q̄ hoſpites ſuos mactabat. Hercules aūt apđ ipm hoſpitatus ipm eū mactauit



fuiſſe mactatum. Regulus plures penorū bello captos ī vincula coniecerat: ſed mox ipſe victorum cathenis manus prebuit. Ullam ne igitur eius hominis potentiaꝫ putas: qui quod ipſe ī alio poteſt: ne id in ſe alter valeat efficere non poſſit. Ad hec Si ipſis dignitatibus ac poteſtatibus ineſſet aliquid naturalis ac proprii boni: nū q̄ꝑ peſſimis prouenirent. Neqꝫ enim ſibi ſolēt aduerſa ſociari natura reſpuit: vt cōtraria queqꝫ iungantur. Ita cum peſſimos plerunqꝫ dignitatibus fungi dubiuꝫ non ſit. Illud etiam liquet natura ſui bōa non eſſe; que ſe peſſimis herere patiātur.

Secundum exempluꝫ eſt de Regulo. Regulus fuit conſul rōmanus: qui cuꝫ multa bella ingeſſit cum carthaginenſibus: multos ex eis captiuauit: ſed tandeꝫ ab eis fuit captus. ex quo patet ꝙ quicq̄đ pōt aliquis in alium facere: pōt etiā illud ab alio pati. vnde Catho. Uictorem a victo ꝛ c̄. ꝛ perconſequens nulla eſt potentia humana que hoc intercipere non pōt. vnde dicit in littera. Quid eſt quod quiſq̄ꝑ poteſt facere in aliū qđ ipſe non poſſit ſuſtinere ab alio quaſi diceret nihil quod declarat. Nos accepimus id eſt cognouimꝰ: Breſiridem ſolitum id eſt conſuetum necare hoſpites: ipſuꝫ fuiſſe mactatū ab Hercule hoſpite ſupple ſuo. Aliud exemplum ponit Regulus conſul romanus. plures penorū id eſt carthaginenſium: captos bello coniecerat id eſt poſuerat ī vincula: ſed mox ipſe prebuit manus cathenis victorum id eſt carthaginenſium. nunq̄đ igitur vllaꝫ putas ſupple eſſe eius hominis potentiam qui non poſſit efficere ne alter valeat in ſe quod ipē poteſt in alio: quaſi diceret: nulla reputanda eſt hec potentia. Ad hec ſi ipſis dignitatibꝰ. Hic probat philoſophia ſimul đ dignitatibus ꝛ poteſtatibus ꝙ non habent in ſe aliquod naturale bonum propter quod ſint appetende. Secundo oſtendit ꝙ idem poteſt concludi de omnibus bonis fortuitis. ibi. Poſtremo. Primo facit quod dictum eſt. Secundo oſtendit falſam nominationē bonoꝝ. ibi. De quibꝰ etiā illud. Ratio quā intēdit ē iſta. Illud qđ in ſe naturaliter ē bonū nō pōt adiūgi peſſimis: ſ dignitates ꝛ ptātes peſſimis aduenīūt: ergo ꝛc̄. Maior declaratur in littera. Un̄ dicit. ſi ipſis dignitatibus ꝛ poteſtatibus ineſſet aliquid naturalis ꝛ proprij boni: nunquam prouenirent peſſimis. necꝫ enim aduerſa id eſt oppoſita ſolent ſibi ſociari: quia natura reſpuit vt quecꝫ contraria iungantur id eſt ſtant ſimul. cum ergo non ſit dubium peſſimos plerumcꝫ fungi id eſt vti dignitatibus. illud etiam liquet id eſt manifeſtum eſt ſupple ipſa non eſſe bona ſui natura que ſe peſſimis patiantur herere id eſt commanere. quod quidem dictum de dignitatibus ꝛ poteſtatibus dignius pōt exiſtimari de cunctis muneribus fortune: que ſcilicet munera vberiora id eſt copioſiora proueniunt ad quemcꝫ improbiſſimum. Nota ꝙ duplex eſt bonum. vnum quod conuertitur cuꝫ ente: ꝛ ſic dignitates ꝛ poteſtates licet malis adueniant: tamen ſunt bone. Aliud eſt bonum quod eſt quedam qualitas derelicta ex bonis operationibus: ꝛ vocatur bonum moris: ꝛ ſic dignitates ꝛ poteſtates bone non ſunt: quia vt multum peſſimis ſociantur. De quibus etiā. hic philoſophia probat ꝙ bona fortuita non poſſunt in ſuum effectum: ꝛ ſic perconſequens habent falſam de

nomīationez. arguendo ſic. Omne quod eſt naturaliter bonum efficit quod eſt ei proprium: ⁊ expellit contrarium: ſicut fortitudo facit fortem: velocitas velocem: ſed bona fortune non efficiunt quod videtur eſſe proprium: quia diuitie non faciunt diuitem: cum non reſtringant auaritiam: nec potentia facit potentem: nec dignitas dignum: propter quod diuitie falſe nominantur. vnde dicit in littera. de quibus bonis fortuitis. Illud etiaz puto conſiderandum: ꝙ nemo dubitat illum eſſe fortem cui conſpexerit ineſſe fortitudinem: ⁊ illum eſſe velocez cuicumqꝫ ineſt velocitas: ⁊ ſic muſica quidem muſicos: medicina medicos: rhethorica rhethoricos facit. natura eiz cuiuſcumqꝫ rei agit quod ſibi eſt proprium: ⁊ non miſcetur effectibus contrariorū: ⁊ vltro id eſt ſpōte depellit que ſunt aduerſa id eſt contraria. Atqui pro certe: nec opes id eſt diuitie: queunt id eſt poſſunt reſtringere inexpletā auariciam ſupple hominum id eſt inſatiabilem: nec poteſtas facit illuz cōpotem ſui id eſt potentē: quem vicioſe libidines retinent aſtrictum inſolubilibus cathenis id eſt paſſionibus: ⁊ dignitas collata improbis: nō modo id eſt non tantum efficit dignos: ſed prodit ⁊ oſtētat indignos. Cur ita prouenit: ꝙ bona fortune nō efficiunt quod videtur eis eſſe propriū. hoc ē ideo qꝛ vos hoīes gaudetis res ſeſe aliter habentes ꝙ videantur compellare id eſt denomīare falſis nominibus: que nominationes facile redarguuntur effectu ipſarum rerū. Iō nec ille diuitie iure poſſunt appellari cum non faciunt diuitem: nec illa potētia nec hꝫ dignitas iure appellari poteſt. Nota ꝙ diuitie nō faciunt hoiem diuitez: quia non reſtringunt auariciam. Naz diuitie ſecundum Senecaz. xxvij. epiſtola ſunt compoſita paupertas in lege nature. talis autem paupertas ſecundum legem nature excludit auariciam que inſatiabilis eſt. Natura enim paucis contenta eſt.

Nota ꝙ dignitas improboruz oſtentat improbos: qꝛ improbus tanto a pluribus

Quod quidem de cunctis fortune muneribus dignius eſtimari poteſt: que ad improbiſſimum quemqꝫ vberiora perueniunt. De quibus etiā illud conſideranduz puto: ꝙ nemo dubitat eſſe fortem: cui fortitudinem ineſſe conſpexerit. Et cuicumqꝫ velocitas adeſt: manifeſtum eſt eſſe velocez. Sic muſica quidem muſicos: medicina medicos: rhethorica rhethores facit. Agit enim cuiuſcumqꝫ rei natura quod proprium eſt: nec contrarium rerum miſcetur effectibus: ſed vltro que ſunt aduerſa depellit. Atqui nec opes inexpletaz reſtrigere auariciā queunt. Nec ptās ſui cōpotem facit: quem vicioſe libidines inſolubilibus aſtrictum retinent cathenis. Et collata improbis dignitas non modo nō efficit dignos: ſed prodit potius ⁊ oſtentat indignos. Cur ita prouenit. Gaudetis enim ſeſe res aliter habentes falſis compellare nominibus: que facile rerum ipſarum redarguuntur effectu.





cognoſcitur: quanto magis innoteſcit eius vicium. ⁊ quanto aliquis in maiori dignitate conſtituitur: tanto plus cognoſcitur. propter quod dicit Seneca in prouerbijs. loco ignominie apud indignum eſt dignitas. Poſtremo idem de tota fortuna. Dic philoſophia oſtendit idem poſſe concludi de omnibus bonis fortuitis dicens. Poſtremo id eſt finaliter licet hoc idem concludere de tota fortuna in qua nihil eſt expetendum id eſt deſideranduz: nihil ineſſe ſibi nature bonitatis id eſt naturalis: manifeſtum eſt ꝙ fortuna non adiungit ſe ſemper bonis: ⁊ quibus fuerit adiuncta bonos non efficit. Nota ꝙ bonum fortune non facit illud bonuz cui additur. ſicut muſica facit muſicum: ⁊ virtꝰ facit virtuoſum: ſed quia fortuna malos quibꝰ aduenit nō facit bonos: patet quia nihil nature bonitatis ſibi ineſt. qualiter autem mali malos faciūt bonos: patebit in quarto huius proſa ſexta.

Itaqꝫ nec ille diuitie: nec illa potētia: nec hec dignitas iure appellari poteſt. Poſtremo idem de tota fortuna concludere licet: in qua nihil expetendum: nihil nature bonitatis ineſſe manifeſtuz eſt. Que nec ſe bonis ſemper adiūgit: ⁊ bonos quibus fuerit adiuncta non efficit.

## Metrum ſextum ſecundi libri.

Nouimus quantas dederit ruinas
Urbe flammata patribuſqꝫ ceſis
Fratre q̇ quondā ferus interēpto
Matris effuſo maduit cruore
Corpus ⁊ viſu gelidum pererrans
Ora non tinxit lachrymis: ſed eſſe
Cenſor extincti potuit decoris:
Hic tamen ſceptro populos regebat.

Metrum ſextum ſecūdi libri.

Nouimus quātas dederit ruinas. Iſtud ē ſextū metꝝ huius ſecundi quod dicitur ſaphicum ab inuentore: trochaicū a pede predominante: ⁊ eſt vndecaſyllabum: quia quilibet verſus continet. xi. ſyllabas. ⁊ eſt achataleticum: quia nulla ſyllaba deficit ad perfectionez metri. In quo metro phia declarat per exempluz ꝙ dignitates ⁊ poteſtates malis aduenientes nō faciunt eos bonos: ⁊ hoc declarat per Neronez: qui quanto fuit potentior: tanto fuit peior. tangit autem phia quattuor malicias Neronis in hoc metro. Prima eſt ꝙ vrbez romanā incendit que arſit. vij. diebꝰ ⁊ ſeptem noctibus: vt ſpectaculo illius ignis cognoſceret ꝙ̄tus olim fuerat ignis quū troia capta arſerat. Secundum malum eſt ꝙ Nero magnā partē ſenatꝰ ſine vlla cā interfecit. Tertiū eſt ꝙ propriū fratrē occidit vt ſolus ſecurius regnaret. Quartuz eſt ꝙ matrem ſuā occidi fecit vt videret locum ventris in quo iacuit. Dicit ergo in littera. Nouimus quantas ruinas id eſt quanta pīcula dederit Nero vrbe ſupple romana: flāmata id eſt incenſa: qꝫ ꝓ ⁊ ceſis. i. occiſis: patribus id ē ſenatoribꝰ: q̇ Nero quondā ferus. i. crudelis interēpto fratre: ipſe ē: maduit cruore matris effuſo. ⁊ deſignās eiꝰ cru

acquiſita. Naturalis bonitas ē ſecundū quā aliq̄ naturaliter ſunt pij: manſueti: ſobrij:
ꝛ caſti: ſed hec bonitas ſi nō emendaẗ virtute ꝛ ſapīa cito extollit hoīez ad inanē glo
riam. Alia eſt bonitas acq̄ſita exercitio virtutū ꝛ ſcientiaꝝ q̄ non pmittit hoīez extol
li vana gloria: q꞉ ſapiens fructū ponit in cōſciētia: ſtult⁹ aūt in laude hūana ſecūdū
Macrobiū. iō dicit phīa ꝙ cupido glorie allicit mētes natura pſtātes nondū adhuc
virtutibuſ pfectas. No. ꝙ
fama ē frequēs laus opti
moꝝ meritoꝝ in rēpubli
cam: ſꝫ gloria ē clara noti
cia cuꝫ laude: vel glīa ē la
te patēs preconiū. i. annū
ciatio. Oēꝫ terre ābitū
Hic phīa oñdit glīaꝫ mū
danā eſſe exilem nec mul
tuꝫ appetendā. primo oñ
dit hoc ex pte ſpacij i quo
dilataẗ. ſecūdo oñdit hoc
ex diuerſitate nationū ad
quas nō diuulgaẗ. tertio
oſtendit idē ex diuerſitate
moꝝ pꝑter quos de eodē
contrarie iudicatur. quar
to oñdit ideꝫ ex breuitate
durationis propter quam non perpetuatur. ſecunda ibi. Adde ꝙ hoc. tertia ibi. quid
qḋ diuerſarū. quarta ibi. ſed ꝙ multos. Primo itendit talē rationē. Latitudo fame cō
ſiſtit i latitudine terre ſup quā dilatatur: ſed terra nō ē lata ſup quā fit dilaratio fame
ſicut declarat in littera: ergo fama late nō pōt diffundi ꝛ per ꝯñs eſt exilis nec multum
appetenda. vnde d. in littera. Tu accepiſti. i. didiciſti aſtrologicis demōſtrationib⁹
oēm ambitū terre. i. ſpaciū terre: obtinere. i. habere: rōneꝫ pūcti ad ſpacium celi. i. ad
magnitudinē celi: qḋ magis exponēs. d. vt ſi ſupple terra cōferaẗ. i. ꝯpareẗ ad magni
tudinem celeſtis globi: ipſa iudicetur prorſus nihil ſpacij habere. huius igitur tam exi
gue regionis. i. terre i mūdo: fere quarta portio. i. quarta ps: ē q̄ icolaẗ. i. ihabitaẗ ab
aīantib⁹ nobis cognitis ſicut tu didiciſti a Ptolomeo hoc teſtāte ſi ſubtraxeris cogi
tatione huic quarte ſupple pti terre q̄tū maria: ꝙ pro ꝛ paludes premūt. i. occupāt: ꝛ
q̄tum vſta. i. ampla regio diſtenditur: ſiti. i. ſiccitate: tūc vix relinq̄tur hoīb⁹ āguſtiſſi
ma area. i. artiſſim⁹ locus inhabitādi. in hoc igiẗ quodā mimo pūcto pūcti. i. i mima
portione terre: vos hoīes circūſepti atꝗ cōcluſi cogitatis de pꝛuulgāda fama: de pro
ferēdo. i. extollēdo: noīe. i. fama: ꝛ hoc fit inutiliter: at ꝓ ſed quid habeat. i. pōt habe
vitam primo ethicorum: quia ſm exigentiam finis cetera moderantur ſm Linconiē ſem primo poſteriorum: ideo philoſophia tradit nobis cognitionem vltimi finis ſc3 beatitudinis. Nota finis eſt magis eligentibus his que ſunt propter finem: vt patet per Ariſtotelem. iij. thopicorum. Idem ibidem cuius finis eſt bonus ipſum quoq3 bonum. Item omnia denominanda ſunt a fine. Unde poeta. Si finis bonus eſt totū laudabile pbās ē.

Cui ſiquid abforet ſummum bonum eſſe non poſſet: quoniam relinqueretur extrinſecus quod poſſet optari. Liquet igitur eſſe beatitudinem ſtatum bonorum omni‑um congregatione perfectum. Hunc vti diximus diuerſo tramite mortales omnes conantur adipiſci. Eſt enim mētibus ho‑minū veri boni naturaliter inſerta cupiditas: ſed ad falſa deuius error adducit.

Nota finis in agibilibus habet ſe ſicut principium in ſpeculabilibus. ſicut ergo intellectus noſter naturaliter adheret primis principijs: ſic appetitus noſter naturalit̄ adheret vltimo fini q̇ ē ſummū bonū

Nota ꝙ duplex eſt finis ſc3 finis quo: ⁊ finis gratia cuius omnia fiunt. Ille eſt enim vnus ſicut deus vel beatitudo. ⁊ iſte finis appetitur ab omnibus ſub vna ratione inquantum bonum ſatians appetitum hominis. finis autē quo eſt operatio qua homines nituntur adipiſci finem gratia cuius ⁊ talis finis non eſt vnus ſicut non eſt vna operatio omnium: ideo dicit philoſophia: ꝙ cura hominum procedit diuerſo calle ad conſequendum vltimum finem. Nota illud ad quod omnes homines nituntur peruenire eſt bonum: quia bonum eſt quod omnia appetunt primo ethicorum. Nota quia beatitudo habet rationem vltimi finis: ipſa eſt tale bonum quo adepto nihil vlterius conſideratur. nam de ratione finis eſt eſſe vltimu3: ⁊ vltra illud quod ē vltimum nihil eſt: ergo etiam oportet illud eſſe ſummum bonum: quia illud quo adepto nihil vlterius deſideratur eſt ſummum bonum: tale autem eſt beatitudo. Nota quia beatitudo eſt bonum optimum pulcherrimum ⁊ delectabiliſſimum: ideo beatitudo eſt ſtatus perfectus congregatione omnium bonorum continens in ſe omnia bonā. ſi enim aliquod bonum ſibi deficeret: non eſſet ſummum bonum. Hunc vti diximus. In iſta parte oſtendit philoſophia ꝙ homines a vera felicitate diuerſis erroribus abducuntur dicens. Hunc ſcilicet ſtatum beatitudinis omnes mortales ſicut diximus conātur adipiſci diuerſo tramite id eſt diuerſa via: quia cupiditas id eſt appetitus veri boni naturaliter eſt incerta mentibus hominum: ſed beatitudo eſt verum bonum: quia ſummum bonum: ſed deuius error adducit homines ad falſa bona. Nota ꝙ beatitudo aggregat in ſe omnia bona: ideo eius cupiditas naturaliter eſt hoībus inſerta. Ubi tn̄ ſciēdū ꝙ beatitudinē cōtinere oīa bona pōt itelligi duplr̄. Uno mō formal̄r: ñ ſic cōtinet oīa bona: q2 felicitas formaliter ⁊ eſſentialiter pōt eſſe ſine bonis exterioꝛib⁹: vt ſine diuitijs ⁊ ceteris bonis. Alio mō itelligit̄ cōtinere ea v̇tualiter: ita ꝙ beatitudo excellat oīa bona: ⁊ ſic eſt vera. Nota ꝙ phia h̄ vtit̄ quadā figura q̄ dr̄ epytheton dicēdo deui⁹ error. nullus eīm error eſt q̄ nō ſit deui⁹. vn̄ poeta. ſſiet epytheton: ſi dicas triſtia bella. Nota cu3 mens hūana naturaliter deſideret veꝝ bonū nunq̄ tēdit in falſu3 bonū: niſi inquātū ipm̄ eſtimatur eſſe veꝝ bonu3. talis aūt eſtimatio eſt deuius error: ergo deuius error ad falſa abducit

Quorum quidem alíí ſummum eſſe bonum nihilo indigere credentes: vt diuitiis affluant elaborant. Alii vero bonum quod ſit digniſſimum veneratione iudicā tes adeptis honoribus reuerendi ciuibus ſuis eſſe nituntur. Sunt qui ſummum bonum in ſumma potentia eſſe conſtituant: hii vel regnare ipſi volunt: vel regnantibus adherere conantur. At quibus optimum quidem claritas videtur: hi vel belli vel pacis artibus glorioſum nomen propagare feſtinant. Plurimi vero boni fructum gaudio leticiaque metiuntur: hi feliciſſimum putant voluptate defluere.

Quorum quidam alij ſummum eſſe bonum. Hic philoſophia ponit diuerſas opiniones circa felicitatem: oſtendens quomodo homines ꝑ errorem ad falſa bona ducebantur. ſecundo oſtendit ꝙ in talibus bonis poſuerunt beatitudinem. tertio oſtēdit ꝙ naturaliter eorum intentio tendebat ad veram beatitudinem. ſecunda ibi. Quibꝰ omnibus. tertia ibi. Sed ad hominū ſtudia. Primo oſtendit quō homines errabant circa falſa bona ſtatuēdo in eis finem. ſecundo oſtē dit quō quidam fines ad inuicē ꝑmutabāt. tertio alia bona fortuita reducit ad predicta. ſecunda ibi. ſunt etiam. tertia ibi. In his igitur. Primo dicit. Quorū ſupple hoīm q̇ ducuntur ad falſa bona: alij credentes ſummū bonum eſſe nihilo indigere: ipſi elaborant vt affluāt. i. abūdant diuitijs ponēdo omnem ſufficientiā eſſe in diuitijs: ⁊ in hoc errabāt. Alij vero ſummum bonū iudicātes quod digniſſimum eſt veneratione id ē honore: tales adeptis honoribus nituntur eſſe reuerendi ſuis ciuibꝰ: putā tes in honoribus temporalibus veram dignitatē conſiſtere: ⁊ i hoc errabant. Sunt alij qui ſummū bonū cōſtituunt in ſumma potentia. hi conātur regnare vel adherere regnātibus tanꝗ̄ cōſiliarij vel familiares eorū ꝑ hoc putātes ſe eſſe vere potētes: ⁊ in hoc decipiūtur. ſed quibꝰ claritas. i. fama videtur eſſe optimū bonū: illi feſtināt propagare. i. dilatare glorioſū nomē. i. pulchrā famam: artibus id eſt ſtudijs belli ſicut viri militares: vel artibus pacis ſicut ſapientes mūdi credentes ſe per hoc acquirere gloriā imortalē: ⁊ decipiūtur per hoc. Plurimi vero. i. multi: metiūtur. i. menſurant fructū boni gaudio ⁊ leticia exteriori: hi putant. i. eſtimant feliciſſimum defluere. i. abundare: voluptate. i. delectatione corporali eſtimantes in hoc conſiſtere verū gaudiū quod eſt erroneū. No. quinꝗ̄ ſunt in quibus errantes a vero bono poſuerunt cōſiſtere verā felicitatem. ſ. diuitie honores: poteſtates: gloria ⁊ voluptates. Quorū ſufficientia ſic accipitur. cum finis habeat rationē boni: ſecundum diuerſitatem boni diuerſificatur finis. Eſt aūt triplex bonum; vtile: delectabile: ⁊ bonum honeſtū. ⁊ illi qui intendebant bono vtili poſuerūt felicitatem in diuitijs: ſed qui intendebāt bono delectabili ponebāt voluptates: ⁊ in illis poſuerunt finē ⁊ felicitatem. qui autem intendebant bono honeſto: iſti diuerſificabantur: quia bonum honeſtum ⁊ bonum ſecundum rationem. Ratio autē eſt duplex ſcilicet ſpeculatiua ⁊ practica. de bono honeſto quod conſiſtit in ſpeculatione non loquebantur iſti: quia tale bonum eſt latens. ipſi autem poſuerunt felicitatem in bono honeſto quod eſt bonum rationis practice. tale ergo bonum vel conſiſtit in opinione





Sunt etiam qui horum fines cauſaſqꝫ alterutro permutāt: vt qui diuitias ob potētiam voluptateſqꝫ deſiderant: vel qui potentiam ſeu pecunie cauſa ſeu proferendi nominis petūt. In his igitur ceteriſqꝫ talibus humanorū actuū votorumqꝫ verſatur intētio: veluti nobilitas fauorqꝫ popularis: que videntur quandam claritudinem cōparare. Uxor ac liberi qui iocūditatis gratia petuntur: amicorū vero quod ſanctiſſimum quidē genus eſt non in fortuna: ſꝫ in virtute nūeratur: reliquū vero vel potētie cā vel delectatōnis aſſumitur.

hominum: ⁊ ſic eſt gloria. vel cōſiſtit in exercitio actus realis: ⁊ hoc eſt dupliciter. vel enim conſiſtit in exercitio proprij actus circa alios: ⁊ ſic eſt poteſtas. vel cōſiſtit in exercitio actus aliorum circa ſe: ⁊ ſic eſt honor. Sunt etiā qui horum fines. In iſta ꝑte oſtendit quomō quidam iſtorum fines iam dictas permutabāt. ⁊ dicit. Sunt etiam aliqui qui fines ꝗ̄ pro ⁊ cauſas finales permutant: alterutro. i. adinuicē deſiderātes vnū propter alterū: nam quidam deſiderāt diuitias ⁊ voluptates: ob. i. propter potentiā: ⁊ ſunt alij qui potentiā petūt: ꝗ̄ pro ⁊ deſiderāt cauſa pecunie. i. propter diuitias: vel cauſa proferendi noīs id eſt cauſa dilationis fame. Nota ſcdm Ariſto. iij. ethicorū. Qualis vnuſquiſꝗ̄ eſt: talis finis videtur ei. ſm ergo diuerſā diſpoſitōē hominū diuerſi fines eliguntur ꝓpter aliquem finem per quod aliquis videtur poſſe conſequi illum finem. Cum igitur ponentes finē eſſe diuitias magis putabāt ſe diuitias conſequi per potentiam: ipſi appetebant propter diuitias: ⁊ ecōuerſo quibus videbatur ſe poſſe conſequi potentiam per diuitias: ipſi appetebant diuitias ꝓpter potentiā: ⁊ ſic poſuerunt ꝑmutationē iſtorum finium adinuicem. In his igitur ceteriſꝗ̄ talibus. Hic phia reducit omnia bona fortune in quibus ponunt homines felicitatē ad predicta quinꝗ̄. ⁊ di. In his igit quinꝗ̄ bonis ⁊ ceteris talibus. ſ. reducibilibus ad predicta verſatur intentio actuum humanorū ⁊ votorū. i. deſideriorum: ⁊ manifeſtat exemplariter ꝙ alia reducantur ad ipſa di. veluti nobilitas: ꝗ̄ pro ⁊ fauor popularis que videtur compare: quandam claritatē. i. gloriam: ideo ſupple reducūtur ad gloriā. vxor autem: ac pro ⁊: liberi. i. filij ſunt que appetuntur: gratia iocunditatis. i. cauſa voluptatis: ideo ad voluptatē reducuntur: ſed ſanctiſſimum genus amicorum nō numeratur inter bona fortune: ſed numeratur in virtute. reliquū vero qđ cadit ſub exteriori fortuna: illud aſſumitur: vel cauſa potētie ſicut eſt adminiſtratio officiorum: vel aſſumitur cauſa delectationis ſicut exercitium ludorum: ſed bona corporis promptū eſt vt referantur. i. reducātur etiam ad ſuperiora bona: quia robur ⁊ magnitudo q̄ ſunt ſigna fortitudinis corporalis videntur preſtare valentiam. i. potentiam: ⁊ ſic ad potentiam reducuntur: ſic pulchritudo ⁊ velocitas videntur p̄ſtare celebritatem. i. gloriam ad quam reducuntur. ſalubritas autem. i. ſanitas videtur conferre voluptatē ad quā reducitur: ⁊ ſic omnia bona fortune reducuntur ad predicta quinꝗ̄. Nota indigentia alicuius boni auget deſiderium illius boni: ideo ſecundum variam indigentiam hominum variatur eorum deſideriū. vnde Ariſtoteles. i. ethicorum dicit: ꝙ egrotans ſanitatem: mendicus diuitias: conſcij autē ſibiipſis ignorantie eos qui magnū



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Iam vero corporis bona promptum eſt: vt ad ſuperiora referantur. Robur enim magnitudoqʒ vidētur preſtare valentiā: pulchritudo atque velocitas celebritatē: ſalubritas voluptatem. Quibus omnibus ſolam beatitudinem deſiderare liquet. Nam ꝙ quiſqʒ pre ceteris petit: id ſummum eſſe iudicat bonum. Sed ſummum bonum beatitudinē eſſe diffinimus. Quare beatū iudicat eſſe ſtatum: quē pre ceteris quiſqʒ deſiderat. Habes igitur an̄ oculoſ propoſitā fore formā felicitatiſ humane: opes: honores: potentiā: gloriā: voluptates: que quideʒ ſola cōſiderans Epicurus cōſequenter ſibi ſummū bonum voluptateʒ eē cōſtituit: ꝙ cetera omnia iocūditatē animo videātur afferre. Sʒ ad hominū ſtudia reuertar: quorum animus ⁊ ſi

aliq̄d hñt ſup̄ ſe admirāť. hʒ ergo diſpónēʒ hoiʒ felicitas pócbať i diuerſis bóis fortune: q̄ tñ ſub p̄dctis bóis q̄ncꝫ cóp̄hēdunť. No. ꝫ amici afferāt iocūditatē: tamen nó ſunt cóputādi inter bona fortune. cum eniʒ amicitia ſit virtus oʒ ꝙ amici vtute acquirantur. quod autem virtute acquiritur per virtutem conſeruatur: ⁊ tale nó pót eſſe bonū fortuitū. Itē amicitia fundata ſup̄ bono hōeſto eſt ſanctiſſima ⁊ in v̄tute numeratur: ſed amicitia fundata ſuper bono vtili ⁊ delectabili fortuita eſt. Quibus omnibus ſolam beatitudinem. In iſta parte p̄bat philoſophia ꝙ oēs predicti querebāt btitudinē i his bōis. ⁊. d. Oib⁹ deſiderātib⁹ p̄dicta bōa liquet id eſt magnifeſtum eſt ipſos deſiderare beatitudinē. nā illud bonū qđ quiſꝙ petit. i. deſiderat pre ceteris illđ iudicat eſſe ſummū bonuʒ: ſed nos diffinimus ſummū bonū eē beatitudinē: quare ſtatuʒ illū quē quiſꝙ deſiderat pre ceteris iudicat eſſe ſtatū beatū. i. beatitudinē: ⁊ tunc recolligit bona falſe felicitatis. d. Hēs igiť ante oculos tuos propoſitam formā hūane felicitatis. ſ. opes: honores potentiā: gloriā: voluptates: que ſola conſiderans Epicurus conſtituit voluptatem eſſe ſummū bonuʒ eo ꝙ oīa cetera videantur auferre. i. dare aīo iocunditatem. Nota ꝙ oēs appetentes predicta bona appetebant beatitudinē. Nā quicq̄d aliquis eligit pre alijs hoc videtur eē ſummū bonū: ſed aliq̄s pre ceteris elegit diuitias: ergo diuitie videbanť ſibi eſſe ſummū bonū: aliq̄s honores: ⁊ ſic de alijs: ergo oēs predicti appetebāt beatitudinē. Nota ꝙ predicta bona videnť conferre aliquā iocunditatē: cū oīa videantur eſſe ordinata ad iocunditatē tanꝗ̄ ad finē: ⁊ quia in voluptatibus eſt maxima iocunditas: iō Epicuri poſuerūt felicitatē conſiſtere in voluptatibus. Sed ad hoim. Hic oñdit phīa ꝙ licet hoīes in predicto mō errant: tñ eoꝝ intentio ſemp̄ ferť ad verā beatitudinē. ſecūdo oſtēdit vnde hoc proueniat. ibi. In quo quanta ſit. Primo premittit intentum ſuum. Secundo declarat. ibi. Non enim. primo di. Ego reuertor ad ſtudia. i. ad intētiones hoim: quoꝝ aīmus: ⁊ ſi pro q̄uis mēoria caligante. i. obſcurata ſupple deſiderio preſentiū bonoꝝ: tñ ſemp̄ repetit p̄ naturalem iclinationē ſummū bonū: ſed ignorat quō illud reperat velut ebri⁹ q̄ ignorat quo tramite id eſt qua via reuertať domū. No. ſicut ebrius ſcit ſe habere domū: ſed pro



caligante memoria: tamē bonum ſummuʒ repetit: ſed velut ebrius domum quo tramite reuertatur ignorat. Num eīm videntur errare hi qui nihilo indigere nituntur. Atqui nō eſt aliud quod eque ꝑficere beatitudinē poſſit ꝗ̄ copioſus bonoruʒ omnium ſtatus: nec alieni egēs: ſed ſibiip̄i ſufficiēs. Num vero labuntur hi qui quod ſit optimuʒ id ēt reuerētie cultu digniſſimuʒ putāt. Minime. neqʒ. n. vile quoddā contēnendūqʒ eſt quod adipiſci omnium fere mortaliuʒ laborat intētio. An in bonis n̄ eſt numerāda potentia. quid igitur. Nuʒ imbecillum ac ſine viribus eſtimanduʒ eſt quod omnibus rebus conſtat eſſe preſtantius. An claritudo nihilipendēda eſt. Sʒ ſequeſtrari nequit q̄n omne quod excellētiſſimum ſit: id ēt videtur eſſe clariſſimuʒ.

pter defectuʒ rationis neſcit quō ad eā redeat: ſic hoīes aliquo mō in generali ſciunt ⁊ cognoſcūt ſūmū bonū: ⁊ naturaliť iclinanť ad illđ tāꝗ̄ ad p̄ncipiū a quo n̄ p̄ceſſerūt ſ; iebriati āore tpaliū bonoꝝ neſciūt quō ad id p̄ueniāt. Nū. n. videť errare. Hic declarat intētū ſuū. ſ. ꝙ oēs q̄rētes p̄dctā bōa q̄rebāt aliq̄d qđ p̄prie ꝯuēit ſūmo bono. Et p̄io oñdit hō diuitijs. d. Nū p̄ nūq̄d hij videnť errare p̄ itētōeʒ a ſūmo bono q̄ nituť nihilo idigere rōe cui⁹ q̄rebāt diuitias. q. d. n̄ errant a ſummo bono: q2 nihilo indigere maxime ſpectat ad ſummū bonū. vñ dicit. Atqui pro certe non eſt aliud qđ eque poſſit ꝑficere beatitudinē ꝗ̄ ſtat⁹ copioſus oīm bonoꝝ: nec alieni egēs: ſed ſibijpſi ſufficiēs. Tūc oſtēdit idē de honorib⁹ dicēs. Nū v̄o labunť ſup. ab itentōe ſummi boni: qui illud quod ē optimū putāt id etiā eſſe digniſſimū cultu reuerentie id eſt honoris. ⁊ reſpōdet. Minie ſupple labuntur. neꝗ eim eſt vile ⁊ cōtemnendū qđ intentio omnīū mortaliū laborat adipiſci: ⁊ ſic querētes honorē querebāt aliquid quod eſt in ſummo bono: eo ꝙ ſummū bonuʒ eſt honorabiliſſimuʒ. Tunc oſtendit idem de potentia dicens. An pro nūquid in bonis i. inter bona nō eſt numerāda potētia: quaſi dicat ſic. quid igiť eſt dicēdū niſi ꝙ q̄rentes potētiā etiā tendūt ad ſummū bonū: cū ſummū bonū ſit potētiſſimū. nō eiʒ iſtud eſt eſtimandū imbecilluʒ: ⁊ ſine viribus. i. ſine potētia: qđ conſtat eſſe preſtantius. i. potentius omnibus rebus. Tunc oſtendit idem de gloria dicēs. An claritudo id eſt gloria eſt nihilipēdēda: ita vt q̄rētes gloriā nō tēdunt ad ſummū bonū. q. d. nō eſt nihilipēdēda: ſed nequit. i. nō pōt ſequeſtrari. i. negari quin om̄e qđ eſt excellētiſſimū: illud etiā videať eſſe clariſſimū. i. glorioſiſſimū. Tūc oñdit idem de voluptate dicens. Quid attinet dicere: quaſi diceret de ſe manifeſtū eſt beatitudinem non eſſe anxiaʒ ⁊ triſtem nec ſubiectam doloribus ⁊ moleſtijs: ſed ſupple magis eſt plena voluptate ⁊ iocunditate: ⁊ per conſequens querentes voluptatem ⁊ leticiam tendunt ad ſummum bonum. ꝙ autem iocunditas ⁊ voluptas includantur in ſummo bono probatur per locum a minori dicens. Quoniam in minimis rebus ſcilicet appetendis patet ꝙ aliq̄d appetiť qđ delectat haberi ⁊ ip̄o frui: hec igiť ſunt q̄ hoīes volūt adipiſci et ea de cauſa deſiderāt. i. cupiunt vel q̄runt diuitias: dignitates; regna: gloriam et



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

voluptates quia per hec credunt ſibi eſſe venturã ſufficientiam:reuerentiã:potentiaʒ: celebritatem ⁊ letitiam.bonũ igitur eſt qđ hoĩes appetunt diuerſis ſtudijs.i.intentionibus. No.ꝙ ex tota iſta littera põt formari vna ratio.ſ. ꝙ querẽtes predicta bona querũt beatitudinẽ.ratio ẽ iſta.Illi tendunt ad beatitudinem qui tendunt ad ſufficiẽtiam:reuerentiã:potentiã: celebritatẽ ⁊ leticiã:ſed appetẽtes ꝓdicta bona.ſ.diuitias dignitates:regna: gloriã ⁊ voluptates tendunt ad ſufficientiam: reuerentiã: ⁊ ſic de alijs: ergo tendũt ad beatitudinẽ. Maior eſt nota:q2 ſufficientia reuerentia ſunt cõditiones beatitudinis que pfectiſſime repiuntur ĩ beatitudine: querentes ergo ꝓprietates beatitudinis tẽdũt ad beatitudinẽ.minor pʒ ex lr̃a. No.ꝙ q̃rẽtes diuitias ꝓpter ſufficientiaʒ ferebãtur ĩ ſummũ bonuʒ naturali appetitu: q2 ĩ ſũmo bono eſt vera ſufficiẽtia:⁊ in hoc nõ errabãt:ſʒ q2 ſufficientia que ẽ nulli⁹ indigentie putabant ſibi prouenire ꝑ diuitias:in hoc errabant.ſimiliter querẽtes dignitates propter reuerentiã naturali intẽtione ferebãtur in beatitudinẽ eo ꝙ beatitudo eſt reuerendiſſima.ſed q2 ſummam reuerentiã putabant ſibi ſubuenire ꝑ dignitates tp̃ales:ideo in hoc errabant:⁊ ſic intelligitur de alijs. In quo quanta ſit. Hic oſtẽdit phĩa vnde hoc proueniat ꝙ q̃tũcunq3 intentio hoĩm ſit diuerſa:tñ intendit in beatitudineʒ: ⁊ oſtendit ꝙ hoc prouenit ex vi naturalis inclinationis que nulli auferri põt. ⁊ dĩ. In quo.ſ.appetitu boni vel beatitudinis facile monſtratur quãta ſit vis nature:cum licet ſint varie ⁊ diſſidentes.i.diſcordãtes ſñie hoĩm de ſummo bono:tñ homines cõſentiũt id eſt cõcordant: in diligendo.i.diligenter appetẽdo:finẽ boni.i. beatitudinẽ. No.ꝙ fine exñte vno poſſunt diuerſificari actiones tẽdẽtes in illũ finẽ ſi eniʒ propter diuerſitatẽ actionũ eſſet diuerſitas finiũ:non eſſet deuenire ad vnũ finẽ ſed procederetur in infinitũ in finib⁹:quod pʒ falſum ex.ij.metha. ⁊ hoc veruʒ de fine gratia cuius oĩa fiunt:ꝙ ille eſt vnus:⁊ non de fine quo vt pri⁹viſum ẽ.licet ergo ſint diuerſe ſententie ⁊ ſtudia hoĩm:tamẽ conueniunt in appetendo vnũ finẽ ſcilicet beatitudinem.

Nã non eſſe anxiam triſtẽq3 btitudineʒ; nec doloribus moleſtiiſq3 ſubiectã:q̃d attinet dicere:qm̃ in minimis quoq3 rebus id appetitur quod habere fruiq3 delectat Atqui hec ſunt que adipiſci hoĩes volũt eaq3 de cã diuitias:dignitates:regna:gloriam:voluptateſq3 deſiderant: ꝙ per hec ſibi ſufficiẽtiã:reuerentiã:potentiam:celebritatẽ:leticiã credũt eſſe venturã.Bonũ eſt igitur quod taʒ diuerſis ſtudijs hoĩes petũt. In quo quãta ſit nature vis facile

Metrum ſecunduʒ tertij libri.

Uantas rerũ flectat habenas. Hic incipit ſecundũ metrum hui⁹ tertij quod dicitur pindaricũ ab inuentore:anapeſticũ a pede predominãte:⁊ eſt dimetruʒ quod cõſtat ex quattuor pedibus: quoꝝ duo conſtituũt vnuʒ metrũ:ĩ quo metro phĩa ſupra dixerat ꝙ vis nature operatur:ꝙ intentio hominũ ſemꝑ tendit in bonum:ideo hic cõmendat vim nature:oſtendens ꝙ tanta eſt vis nature:ꝙ q̃tumcũq3 res abducatur aſſuefactione vel violentia ad aliquid:ẽ ſibi preter naturã:tñ ſibijpi derelicta ſemꝑ reddit ad illud quod ineſt ſibi ſecũdum naturã. ⁊ premittit ſuam intẽtionem,ſecũdo manifeſtat propoſitũ,ibi.q̃uis.primo.d,mihi phĩe placet promere id eſt





manifeſtare:cantu arguto.i.ſonoro:lentis fidibus.i.cordis lente ſonãtibus: q̃tas habenas.i.naturales inclinationes:potens natura flectat.i.regat:quibus legib⁹ ꝓuida natura ſeruat.i.cõſeruat imenſũ orbẽ. ⁊ quib⁹ legibus natura ſtringat ligans ſingula irreſoluto nexu.i.coniunctione indiſſolubili. Nota triplex ẽ natura. natura naturãs ſicut eſt deus a quo dependet celum ⁊ tota natura. Alia eſt natura naturãs ⁊ naturata ſimul:ſic celũ quod dicitur natura naturata inq̃tum depẽdet a deo:⁊ dicitur natura naturãs inq̃tum influit naturis iſtoꝝ inferiorũ.Alia eſt natura naturata tm̃ quaʒ beatus Auguſti ſic diffinit. Natura eſt quedã vis ⁊ potentia diuinitus ĩſita rebus creatis: que vnicuiq3 rei ſuum eſſe tribuit: que cuʒ quiſq3 male vtitur:malus eſſe iudicatur. in propoſito dictũ phĩe poteſt intelligi de natura tertio modo dicta: licet quidam exponant ꝑ natura primo modo ſumpta.Itẽ leges nature hic vocat determinationes:⁊ proprietates naturales cuiuſlibet rei a deo ſibi conſtitutas.

mõſtratur: cuʒ licet ſint varie diſſidẽteſq3 ſñie:tñ in diligẽdo boni finẽ conſentiunt.

Metrum ſecundum libri tertii.

Uãtas rerum flectat habenas
Natura potẽs: quibus immenſuʒ
Legibus orbem prouida ſeruet
Stringatq3 ligans irreſoluto
Singula nexu: placet arguto
Fidibus lentis promere cãtu.
Quãuis peni pulchra leones
Uincula geſtent: manibuſq3 datas
Captent eſcas: metuantq3 trucem
Soliti verbera ferre magiſtrum.

Quãuis peni pulchra. Hic phĩa manifeſtat propoſituʒ per quattuor exempla.ſecũdo generaliter concludit ſimiliter eſſe in omnibus alijs.ibi.repetũt.Prima in quattuor partes ſecunduʒ quattuor exempla que patebunt.Primum exemplum eſt de quadrupedibus ſicut de leonibus:qui licet ex quadam aſſuefactione domãtur ita vt miteſcant metuendo ſuum magiſtrum;tamen ſi multum offendãtur: redit eorum crudelitas naturalis:ita vt primo lacerant dentibus magiſtrum ſuum. vnde dicit in littera. q̃uis leones peni.i.libici:geſtent id eſt portent:pulchra vincula id ẽ cathenas in collo:⁊ captẽt id eſt recipiãt:eſcas datas id eſt porrectas eis manibus ſui magiſtri: ⁊ q̃uis metuant trucẽ id eſt crudelem magiſtrum:leones inq̃ ſoliti ferre id eſt pati verbera magiſtri:ſed ſi cruor tinxerit id eſt madidauerit:horrida ora id eſt colla leonum per nimia verbera:tũc animi leonũ reſides id ẽ quieti redeũt ad naturalẽ crudelitatẽ: ⁊ leones meminere ſui.i.ſue nature:graui fremitu.i.magno rugitu: ip̃i laxant id eſt ſoluũt colla ſolutis nodis id eſt ruptis vinculis:⁊ primus ſuus domitor.ſ. magiſter ille imbuit.i.recipit:lacer id eſt laceratus rabidas iras cruento dente.ſ.leonis. No.ſecundũ Iſi.li.ethymo.peni ſunt hoĩes carthaginenſes.Eſt autẽ carthago ciuitas libie ꝓpter quod leones libie vocat leones peni:⁊ huiuſmodi leones libie faciliꝰ domantur.

Nota q̃tumcũq3 leones domentur ⁊ aſſuefactione ducantur a ſua crudelitate:ſi tñ afficiantur cruore vel ſanguine redeũt ad naturalem crudelitatẽ. Que canit. Hic po

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nit ſecundũ exemplũ quod eſt de volatilibus ⁊ eſt tale. Auicula capta que preter naturam domeſticatur ꝙtumcunqꝫ foueatur delitijs hominum: tamen habita oportunitate redit ad ſilueſtreitatem. vnde dicit in littera. Ales garrula que canit altis ramis: ſi illa capta clauditur in antro cauee id eſt domũcula ſupple vt ibi maneat ad ſolacium hominum: licet ludens cura hominum miniſtret huic aui pocula illita id eſt linita melle: qꝫ ꝓ ⁊ largas dapes miniſtret dulci ſtudio ſi tamen illa auis ſaliens ex arto tecto id eſt ex arta domũcula viderit gratas vmbras nemorũ: ipſa ꝓterit pedibus ſuis eſcas ſperſas ⁊ ipſa meſta: q: ipſa fuit detenta requirit ſiluas ⁊ dulci voce ſuſurrat id eſt cantat in ſiluis.

Nota natura non aſſueſcit in contrarium. ſi eñ lapis cẽties milleſies ꝓijciatur ſurſum: nõ aſſueſcit aſcẽdere ſurſuꝫ. lꝫ eñ aliqua conſuetudine vel violẽtia natura poſſit ad tẽpus impediri: tamẽ ſemꝑ inclinat ad propriũ opus.

Validus quondam viribus acta. Hic ponit tertium exemplũ de vegetabilibus ſicut de virga creſcente quod tale eſt. Licet virgula erecta per violentiam incuruetur: tamen relicta proprie nature ipſa ſurſuꝫ erigitur. vñ dicit in lr̃a. Virga quõdã acta .i. coacta validis virib⁹ ſup. hoĩs incuruãtis eaꝫ: ipſa flectit pronum cacumen: ⁊ ſi dextra curuãs remiſerit hãc: ipſa ſpectat id eſt reſpicit celum recto vertice: quaſi diceret depoſita violẽtia incuruãtis virga redit ad naturalem rectitudineꝫ.

Si cruor horrida tinxerit ora.
Reſides olim redeunt animi:
Fremituqꝫ graui meminere ſui.
Laxant nodis colla ſolutis.
Primuſqꝫ lacer dente cruento
Domitor: rabidas imbuit iras.
Que canit altis garrula ramis
Ales: cauee clauditur antro.
Huic licet illita pocula melle
Largaſqꝫ dapes dulci ſtudio
Ludens hominum cura miniſtret.
Si tamen arto ſaliens tecto.
Nemorum gratas viderit vmbras.
Sparſas pedibus proterit eſcas.
Siluaſqꝫ tantum meſta requirit.
Siluas dulci voce ſuſurat.
Validis quondam viribus acta.
Pronum flectit virga cacumen.
Hanc ſi curuans dextra remiſit.
Recto ſpectat vertice celum.
Cadit heſperias phebus in vndas.
Sed ſecreto tramite rurſus
Currum ſolitos vertit ad ortus.
Repetunt proprios queqꝫ recurſus.
Redituqꝫ ſuo ſingula gaudent.

Nota ꝙ licet natura rerum inanimatarum nõ facile aſſueſcat in contrarium: tamen in hominibus rationabilibus multum facit aſſueſcendo vel conſueſcendo: quia licet aliquis ſit male complexionatus: tamen per vſuꝫ ⁊ conſuetudinem abilitatur ⁊ complexio mutatur. vnde Seneca. Conſuetudo eſt



altera natura. Cadit heſperias pheb⁹ in vndas. Hic philoſophia probat intentũ ſuum ponendo quartum exemplum in corporibus celeſtibus ⁊ eſt tale. Sol motus ab oriente in occidentem cadit in mare heſpericum: ſed naturali inclinatione redit ad orientem ſub noſtro hemiſperio. Unde dicit in littera. Phebus id eſt ſol cadit in vndas heſperias id eſt occidentales: ſed ſecreto tramite .i. ſecreta via ſcilicet ſub terris rurſus id eſt iteruꝫ vertit currum ſuum ad ſolitos ortus .i. partes orientales.

Nota ꝙ Boetius hic loquitur more poetarum qui dicebant ſolem tempore veſpertino deſcendere in mare occidentale: vt ibi lauaretur a ſordib⁹ ⁊ a puluere quo maculatus fuit exiſtẽs in noſtro hemiſperio: ſed hoc non eſt verum: quia ſic apparet ruditati hominuꝫ.

Repetũt ꝓprios queqꝫ recurſus. hic philoſophia concludit ideꝫ eſſe in omnib⁹ alijs entib⁹ videlicet ꝙ oĩa entia quocũqꝫ modo per violentiã ſeu aſſuefactionẽ a ſua abducant natura: tamẽ ſibi derelicta ſemꝑ redeũt ad illud qd̃ ĩeſt eis per naturã. vñ dicit in littera. Queqꝫ id ẽ quelibꝫ entia repetũt ꝓprios recurſus id ẽ naturales mot⁹: ⁊ ſingula id ẽ oĩa entia gaudent ſuo reditu ſupple redeũdo ad illud ſupple qd̃ ꝯuenit eis ſecunduꝫ naturã. Nec vlli manet id eſt adeſt tradit⁹ ordo niſi qd̃ ſuo fini iunxerit: ortũ id eſt principiũ: ⁊ fecerit ſtabilem orbem id eſt circulationẽ ſui cõiungendo finẽ principio. No. ꝙ orbis ĩ propoſito eſt circulus vel linea circũducta rediẽs ad idẽ punctũ a quo ĩcepit equaliter diſtans a medio. facit aũt homo ſtabilẽ ſui orbẽ ꝓcedẽs a deo tãꝙ a ſuo principio. trãſit ꝑ tꝑalia in quib⁹ nõ ſiſtit ſed redit ad deũ tanꝙ ad ſuũ finẽ ꝑ cõtẽplationẽ mẽtis.

Nec manet vlli traditus ordo
Niſi ꝙ fini iunxerit ortum:
Stabilemqꝫ ſui fecerit orbem

## Proſa tertia libri tertii:

Vos quoque o terrena animalia
Tenui licet imagine. Veſtrum
tamen principium ſomniãtis.

Verumqꝫ illum beatitudinis finem licet minime perſpicaci: qualicunqꝫ tamen cogitatione proſpicitis: eoqꝫ vos ⁊ ad verum bonuꝫ naturalis ducit intentio: ⁊ ab eo eodem multiplex error abducit.

Conſidera nanqꝫ an per ea quibus ſe homines adepturos beatitudinem putãt: ad deſtinatum finem valeant peruenire: Si eniꝫ vel pecunia vel honores ceteraqꝫ tale quid afferant: cui nihil bonorum abeſſe videatur: nos quoque fateamur fieri aliquos horum adeptione felices.

Proſa tertia libri tertij

Vos quoqꝫ o terrena aĩalia. Iſta eſt tertia ꝓſa hui⁹ tertij in qua ⁊ ĩ alijs ſequẽtib⁹ oñdit ꝙ vera felicitas nõ cõſiſtit ĩ illis q̃ quidã putauerũt eẽ ſumma bõa ſed tñ eſt falſa felicitas in ipis. Et p̃mo ohñdit ea que dicta ſunt in metro adaptat ſpecialiter ad hoĩes: ⁊ cũ hoc ꝓponit intentũ ſuuꝫ. Secundo probat ſuum intentum ibi,

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Primũ igitur. dicit primo. dictum eſt ꝙ omnia repetunt ſuum finem: vos quoqꝫ o terrena animalia id eſt vos homines qui eſtis dediti terrenis: ſomniatis id eſt imperfecte cognoſcitis veſtruꝫ principium: licet tenui imagine id ē exilij ſimilitudine et proſpicitis illum verum finem beatitudinis: licet cognitione minime pſpicaci: tamē qualicūqꝫ cognitione coqꝫ id eſt ideo naturalis intentio ducit vos ad verum bonum: ⁊ multiplex error ab codē vos abducit. Et tūc ppo nit intentum ſuū dicens. Conſidera nāqꝫ o Boeti: an homines valeant puenire ad deſtinatū finē .i. ad beatitudinem per ea quibus putant ſe adepturos beatitudinem. ſi enim pecunia vel honores ⁊ cetera afferunt: quid id eſt aliquid tale cui nihil bonorum videatur abeſſe: nos fateamur aliquos fieri felices adeptōe hoꝝ bonoꝝ ſed ſi nō valent efficere id eſt facere quod pmittūt ⁊

Quod ſi neqꝫ id valent efficere quod promittunt boniſqꝫ pluribus carent: nonne liquido falſa in eis beatitudinis ſpēs deprehēditur. Primum igitur teipſum qui pauloante diuitiis affluebas iterrogo inter illas abundantiſſimas opes nunq̃ ne animum tuum concepta ex qualibet iniuria confudit anxietas. Boetius. Atqui in quā tam libero me fuiſſe animo: quin aliquid ſemp augeret reminiſci nequeo. P.

carent pluribus bonis: nonne liquido id eſt manifeſte falſa ſpecies beatitudinis in eis deprehenditur: quaſi diceret ſic. Nota principium omnium rerum quod eſt deus eſt vera beatitudo: vt poſtea patebit. Tale principium quaſi ſomniando cognoſcitur ⁊ difficulter ad ipſum deuenitur. non enim perfecte in preſenti ſtatu ipſum cognoſcimus: quia intellectus noſter habet ſe ad ipſum ſicut oculus noctue ad lumē ſolis: ex ſecundo methaphiſice. etiam ad talem beatitudinem cum difficultate peruenitur. vnde Alanus in anticlaudiano de plãctu nature ⁊ ſcientia dicit. Difficilis acceſſus ad hanc faciliſqꝫ receſſus. Acceſſus paucis caſus patet omnibus. Inq̃ vix aliquis tranſire valet. Valet omis ab illa declinare via. Que paucis peruia multis clauditur arta. Nimis intranti larga ruine.

Primum igitur teipſum qui pauloante. Hic philoſophia probat intentum ſuuꝫ ꝙ iſta bona non efficiant quod promittunt: ⁊ per conſequens in eis eſt falſa beatitudo. Et primo oſtendit hoc de diuitijs: poſt idem de alijs bonis. Primo ergo probat ꝙ diuitie non conferunt ſufficientiam quam videntur promittere: ⁊ propter quam appetuntur. Secundo probat ꝙ diuitie conferunt indigentiam. Tertio probat ꝙ indigentiam non auferunt. Secunda ibi. Atqui inquam tam libero me fuiſſe. Tertia ibi. Quis autem modus. Primo intendit talem rationem. In illis non coſiſtit vera felicitas que non reddunt hominem ſibi ſufficientem: ſed diuitie ſunt huiuſmodi: ergo ⁊ cetera. Maior eſt nota: quia felicitas eſt bonuꝫ ſufficientiſſimū nullius egēs: Minorem declarat in littera: ⁊ procedit philoſophia more dydaſcolico id eſt interrogando ⁊ reſpondendo. ⁊ dicit ſic. Primum igitur teipſum Boetiuꝫ interrogo: qui pauloante diuitijs affluebas id eſt abundabas: nunq̃ ne anxietas id eſt triſticia concepta ex qualibet iniuria confudit animum tuum inter opes abundantiſſimas. ⁊ reſpōdit Boetius. Atqui pro certo: ego nequeo reminiſci me fuiſſe tam libero aīo: quin ſp augeret. i. offenderet aliquo. ⁊ di. phia. Nonne tibi aliquid aberat qđ abeſſe nō velles



vel tibi aliquid aderat quod adeſſe noluiſſes. Reſpondet Boetius. Ita eſt inq̃. Tūc philoſophia concludit dicens. Ideo illius quod aberat preſentiam deſiderabas: huius autem quod aderat deſiderabas abſentiam. Dicit. Boe. confiteor inq̃. Et philoſophia inquit. Eget vero id eſt caret quod quiſqꝫ deſiderat. dicit Boetius Eget. ⁊ philoſophia. Qui vero eget aliquo non eſt vſquequaqꝫ ſibi ſufficiens. Dicit Boetius. minime ſupple eſt ſufficiens Et philoſophia. tu itaqꝫ hanc iſufficientiam ſuſtinebas plenus opib⁹. Cōcludit ergo phia ex cōceſſis dicens. Igitur opes nequeunt facere nihilo indigentem ⁊ ſibi ſufficientem. ⁊ hoc erat quod promittere videbantur. No. ꝙ omnis appetit⁹ eſt ratione carentie. vnde illud quod quis habet proprie non deſiderat: ſed magis amat. vnde Auguſtinus ix. libro de trinitate dicit. Iteꝫ appetitus quo quis inhiat rei cognoſcēde fit amor rei cognite: ideo dicit philoſophia. Eget vero quod quiſqꝫ deſiderat Nota philoſophia dicit. Qui eget non eſt ſibi ſufficiens. cōtra hoc diceret aliquis ſapiens eget: quia indiget bonis exterioribus ſine quibus viuere non poteſt: ⁊ tamen ſapiens eſt ſibi ſufficiens per Senecam. ix. epiſtola qui dicit. Sapiens ſeipſo content⁹ eſt. Ad hoc dicenduꝫ ꝙ ſapiens indiget quibuſdam ad viuendum: ſed ad beate viuendum ſeipſo contentus eſt. vnde dicit Seneca nona epiſtola. Sapiens ſeipſo contentus eſt ad beate viuendum ſed non ad viuendum. Ad viuendum enim multis rebus illi opus eſt: ſed ad beate viuendum tamen contentus eſt animo ſano erecto ⁊ deſpiciente fortunam.

Nonne quia aberat quod abeſſe non velles: vel aderat quod adeſſe noluiſſes. B. Ita eſt inq̃. Philoſophia. Illius igitur preſentiā: huius abſentiam deſiderabas. B. Confiteor inq̃. P. Eget vero īquit eo quod quiſqꝫ deſiderat. Boeti. Eget inq̃. Philoſophia. Qui vero eget aliquo: non eſt vſquequaqꝫ ſibi ipſe ſufficiens. Boetius. Minime inq̃. Phi. Tu itaqꝫ hanc inſufficientiam plenus inquit opibus ſuſtinebas. Boetius. Quid inq̃. Philoſophia. Opes igitur nihilo indigentem ſufficientemqꝫ ſibi facere nequeunt: ⁊ hoc erat quod promittere videbantur. Atqui hoc quoqꝫ maxime conſiderandum puto: ꝙ nihil habeat ſuapte natura pecunia: vt hi a quibus poſſidetur iuitis nequeat auferri. Boetius. Fateor iquit. Philoſophia. Quid ni fatere: cum eam quotidie valentior aliquis eripiat inuito. Unde eñ forenſes querimonie niſi quod vel vi vel fraude a nolentibus pecunie re

Atqui hoc quoqꝫ maxime. Hic probat philoſophia ꝙ diuitie conferunt indigentiam: ⁊ per cōſequens non conſiſtit in eis felicitas: cum felicitas ſit bonum ſine omni indigētia. Probat autem in littera ꝙ pecunia confert indigentiam per hoc: quia pecunia facit vt homo indigeat alieno preſidio quo pecuniam ſuam tueatur: ne per violentiam auferatur. vñ

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ſubdit in litteras. atqui pro certe. ego puto hoc maxime conſiderandum ꝙ pecunia ni hil habeat ſuapte natura id eſt in ſua natura: vt nequeat auferri his inuitis id eſt no lentibus a quibus poſſidetur. dicit Boetius. Fateor inq̄. Et philoſophia. quid niſi fa teare: quaſi diceret oportet vt fatearis cum quotidie aliquis valētior id eſt fortior eri piat eam inuito id eſt nolenti. vnde enim ſunt querimonie forenſes id eſt iudiciales: niſi ꝙ pecūie erepte vi vel fraude repetuntur in iudicio. reſpōdet Boe. ita eſt inq̄. ⁊ philoſophia. Egebit igitur quiſq̄ preſidio id eſt auxilio extrinſecus petito quo tueatur ſuam pecuniā quā poſſet amittere. reſpondet Boetī. dubitari nequit. Tunc philoſophia cōcludit ex dictis dicens. Igitur res eſt relapſa id eſt mutata in contrarium. naʒ opes que putabantur ſibi facere ſufficiētes faciunt potius indigentes alieno preſidio:

Nota illud quod ꝑ violentiam acquiritur: poteſt per violentiam auferri: ſʒ pecunia per violētiam acquiritur: q̄a dicit Ariſto. primo ethicorum: ꝙ omnis pecunioſus eſt violētus: ergo violenter auferetur pecunia: propter quā violentiam fiunt querimonie forenſes. Ubi ſciēdum ꝙ forum eſt locus rerum venalium: ſed forus eſt locus exercendarum litium coram iudice: inde forenſis idem eſt ꝙ iudicialis.

petuntur erepte. Boetius. Ita eſt inquā. Philoſophia. Egebit igitur inquit extrinſecus petito preſidio quo ſuam pecuniaʒ quiſqʒ tueatur. Boe. Quis id inq̄ neget. Philoſophia. Atqui non egeret eo niſi poſſideret pecuniam quā poſſit amittere. Boeti. Dubitari inq̄ nequit. Philoſophia. In cōtrarium igitur relapſa res eſt. Nam que ſufficientes ſibi facere putabātur opes: alieno potius preſidio faciunt indigentes. Quis autē modus eſt quo pellatur diuitiis indigentia. Num enim diuites eſurire nequeunt. Num ſitire non poſſunt. Num frigus hybernum pecunioſorum membra non ſentiunt. Sed adeſt inquies opulentis quo famen ſatient: quo ſitim frigusqʒ depellant. Sed hoc modo cōſolari quidē diuitiis indigentia poteſt: ſed auferri penitus nō poteſt. Nam ſi hec hyās ſemꝑ atqʒ aliquid poſcēs opibus expletur maneat neceſſe eſt que poſſit expleri.

Quis autem modus eſt. Hic philoſophia probat ꝙ diuitie non auferunt indigentiam: ⁊ ſic per conſequens non conſiſtit in eis felicitas. ⁊ dicit quis eſt modus quo indigentia pellatur diuitijs. Nunquid diuites nequeunt eſurire: quaſi dicat ſic. nunquid nō poſſunt ſitire: quaſi dicat immo. Nunquid membra pecunioſorum non ſentiunt frigus hybernuʒ id eſt hyemale: quaſi dicat ſic. Sed tu inquies id eſt dices: opulentis id eſt diuitibus adeſt aliquid quo famen ſatient vt frigus repellant. Reſpondet philoſophia hoc modo. indigentia poteſt conſolari diuitijs: ſed penitus auferri non poteſt. Nam ſi hec ſcilicet indigentia ſemper hyans id eſt deſiderans et poſcens aliquid expletur opibus: Neceſſe eſt tamen vt maneat indigentia que poſſet expleri: quia quantuncunq̄ ſitis



diuitis vel fames mitigetur: adhuc diues poſt ſitiet ⁊ eſuriet: ⁊ quod nature nimiū ē auaritie nihil ſatis eſt. quare ſi opes non poſſunt ſubmouere id eſt repellere idigentiā ſed faciūt idigētiā: quid eſt. i. quō eſſe pōt ꝙ credatis eas p̄ſtare. i. dare ſufficiētiā. q. d. nullo modo debet credi. Nota ꝙ oīs indigentia vel eſt indigentia nature vel auaritie. Indigentia nature pauciſſimis ſuppleri pōt: eo ꝙ natura paucis minimiſq̄ contenta ē. vnde propter naturam non oportet multū querere diuitas: nec ꝑ diuitias indigentia nature amoueri pōt: ſicut nec ipſa natura mutari pōt. Indigentia vero auaricie eſt que nullo modo expleri poteſt: ⁊ ita diuitie eaʒ amouere nō p̄nt: iō plus augent: q2 dicitur. Auarus non iplebitur pecunia. Nota ꝙ diuitie non ſoluʒ non inducūt ſufficientiaʒ ſed nec iducūt ſapientiā: q2 dicit Seneca. Quid ꝓſunt ſtulto multe diuitie duʒ per eas nō poſſit fieri ſapiens.

Taceo ꝙ nature nimium quod auaritie nihil ſatis eſt. Quare ſi opes nec ſubmouere indigentiam poſſunt et ipſe ſuam faciunt: quid eſt ꝙ eas ſufficientiam preſtare credatis.

## Metrum tertium libri tertii.

Quāuis fluēte diues auri gurgite
 Nō expleturas cogat auarus opes
Oneretqʒ baccis colla rubri littoris
Ruraqʒ centeno ſcindat opima boue.
Nec cura mordax deſerit ſuperſtitem
Defunctūqʒ leues nō comitantur opes.

## Proſa quarta tertii libri.

Metrum tertium tertij libri.

Quanuis fluēte diues auri gurgite. Iſtud eſt tertium metruʒ huius tertij qd̄ dicitur archiloycū ab inuentore: iambicū a pede predominante cui coniungitur metruʒ elegiacū: in quo metro phīa inuehitur cōtra auaros quos in p̄nti vita ſollicitudo diuitiarū affligit ⁊ in morte dereliquit. ⁊ dicit q̄uis diues auarus fluente. i. abundāte auri gurgite. i. multitudine: cogat. i. cōgregat opes nō expleturas ſuā cupiditatē: ⁊ q̄uis diues oneret. i. premat colla ſua baccis. i. gemmis precioſis: rubri littoris. i. rubri maris: q2 gemme colliguntur in littore rubri maris: ⁊ q̄uis ſcindat. i. diuidat arando rura opima. i. agros fecundos: centeno boue. i. cum centū bobus: adhuc cura mordax id eſt ſollicitudo non deſerit ipʒ ſuperſtitē. i. viuētem: ꝙ pro ⁊ leues opes que leuiter tranſeunt non comitantur ipm defunctū. i. mortuū. No. circa litteram ꝙ gurges ſm Huguitionē ⁊ Iſidoruʒ in li. ethymologiaꝝ eſt locus altus. i. profundus in flumine: ⁊ in propoſito ſignat abundātē affluentiā auri. Item ſecundū Hugui. bacca ꝑ duplex c. inuenitur poſitum ꝓ fructu oliue vel lauri vel pro quolibet fructu. aliqñ aūt inuenit̄ pro gemma precioſa: ⁊ ſic ſumitur hic. Itē diues auarus duplici malo premitur. i p̄nti vita ſemꝑ ſollicitat̄: ⁊ poſt mortē nihil cū de diuitijs comitat̄: d̄ quo diuite loquitur Alanus in libro de planctu nature dicēs. Ut loculis varia nūmorū fercula donet. Impōit proprio diues ieiunia ventri. Item ioculatur ocellis diues in argēto: ſed venter philoſophari cogitur.

Proſa quarta tertij libri.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sed dignitates. Iſta eſt quarta proſa huius tertij: in qua probat philoſophia ꝙ dignitates temporales non conferunt honorem ⁊ reuerentiam quã promittere videntur: ⁊ per conſequens non eſt in eis vera beatitudo. ⁊ primo proponit ꝙ dignitates faciunt honorabilem. ſecundo improbat illud ibi. Num vis. Primo dicit. Sed dignitates reddunt hominem honorabilem ⁊ reuerenduꝫ cui prouenerint.

Sed dignitates honorabilem reuerẽdumqꝫ cui prouenerint reddũt. Num eit vis ea magiſtratibus: vt vtentium mentibus virtutes inſerant vicia depellant. Atqui non fugare: ſed illuſtrare potius nequitiam ſolent. Quo fit: vt indignemur eas ſepe nequiſſimis hominibus cõtigiſſe. Unde catulus licet in curuli nonium ſedentem: ſtrumam tamen appellat. Uides ne quantuꝫ dedecus malis adiiciant dignitates. Atqui minus eorum patebit indignitas: ſi nullis honoribus inclareſcant. Tu quoqꝫ num tandem tot periculis adduci potuiſti: vt cum decorato gerere magiſtratum putares: cum in eo mentem nequiſſimi ſcurre delatoriſqꝫ reſpiceres. Non enim poſſumus ob honores reuerẽtia dignos iudicare quos ipſis honoribus iudicamus indignos.

Atſi quem ſapientia preditum videres:

Nota honor eſt exhibitio reuerentie alicui in teſtimonium virtutis ſicut accipitur ex quarto ethicorum. vel aliter. Honor eſt opinionis beneficiue ſignuꝫ: vt dicit Ariſto. ĩ libro rhethoricorũ. Quãdo eĩm opinamur nobis poſſe benefieri ab aliquo ipſum honoramus. Sed reuerẽtia eſt decẽs ac matura grauitas ſecundum Tullium. Num eſt vis ea magiſtratib⁹. Hic philoſophia improbat ꝑpoſitum quadruplici via. ſ. ꝙ dignitates nõ conferunt honorem ⁊ reuerentiam. Primo quia malis ſepe eueniũt. ſecundo quia per dignitates vicia improborum innoteſcunt. tertio qꝛ opinione hominum vileſcunt. quarto quia temporum mutatione ſplendere deſinunt. ſecunda ibi. In quo. tertia ibi. atqꝫ vt agnoſcas. quarta ibi. Sed hoc apud. Primo dicit. Num pro nunquid ea vis id eſt talis virtus eſt magiſtratibus id eſt dignitatibus vt inſerant virtutes mẽtibus vtentium eis: vt depellant vicia: quaſi diceret nõ. vnde ſubdit. Atqui pro certe dignitates non ſolent fugare nequitiã: ſed potius illuſtrare id eſt manifeſtare: quo fit id eſt propter quod fit: vt nos indignemur eas ſepiſſime cõtigiſſe hominibus nequiſſimis. vnde Catulus qui erat vir ſapiens ⁊ virtuoſus. Nonium qui erat homo vicioſus appellat ſtrumaꝫ: licet viderit ipſum ſedentem: in curuli id eſt in ſede dignitatis iudiciaria. vides igitur qͣtuꝫ dedecus dignitates adiiciant malis hominibus: ⁊ manifeſtãt eos eſſe contemptibiles a bonis. Atqui pro certe indignitas id eſt malicia eorum minus patebit: ſi nullis honoribus inclareſcant id eſt ſplendeant. O Boeti. nunquid tu potuiſti tot periculis adduci id eſt affligi: vt cuꝫ Decorato id eſt tali viro magiſtratũ gereres: cuꝫ in eo reſpiceres mentẽ nequiſſimi ſcurre ⁊ delatoris: qͣſi diceret





num poſſes eum vel reuerentia vel ea qua preditus eſt ſapientia non dignum putare. Boe. Minime. Philoſophia. Ineſt enim dignitas propria virtuti quã protinus in eos quibus fuerit adiuncta tranſfũdit: quod quia populares facere nequeunt honores: liquet eos propriam dignitatis pulchritudinem non habere. In quo illud eſt aduertendum magis. Nam ſi eo abiectior eſt quo magis a pluribus quiſqꝫ contemnitur: cum reuerendos facere nequeat quos pluribus oſtentat: deſpectiores potius improbos dignitas facit. verũ

nõ. Nunquid poſſumus iudicare dignos reuerentia: ob honores id eſt propter dignitates quos iudicamus indignos: ipſis honoribus id eſt dignitatibus .q.d. nõ. ⁊ ſi quem videres preditum ſapientia: licet non haberet dignitatem: nũquid poſſes eum non putare dignum reuerentia vel ſapientia qua preditus eſſet: quaſi diceret nõ poſſes eum iudicare indignum ſapientia ⁊ virtute ſua: quia propria dignitas ineſt virtuti quã virtus tranſfundit in eos qͥbus fuerit adiuncta. ⁊ quia populares honores hͦ facere nequeunt: liquet id eſt mãifeſtuꝫ eſt eos propriam pulchritudinem dignitatis non habere. Nota ex littera poteſt formari talis ratio Illud quod aduenies alicui non confert ⁊ non adueniens non aufert honorem illud nõ facit vere honorabileꝫ: ſed dignitates nõ conferunt honorẽ cui adueniũt: nec tollũt ſi nõ adueniũt: ergo ⁊c. minor probatur: qͣ honor ſequitur virtutem: ex. iiij. ethi. vnde vicioſuꝫ nullo honore dignum reputamus in quacũqꝫ dignitate fuerit: ſed ſolum virtuoſum etiam ſi non ſit in dignitate. cum igitur dignitates temporales non conferant virtutes nec tollant vicia: manifeſtuꝫ eſt ꝙ honorabilem non faciunt. Nota Catulus erat vir ſapiens ⁊ virtuoſus: qui Noniũ ſedentem in curuli ex animi indignatione vocabat ſtrumam: eo ꝙ viro tam malicioſo collata fuit dignitas. Eſt aũt ſtruma congeries humorum in collo. ſub hac aũt ſimilitudine ipſum appellabat ſtrumaꝫ: quia in pectore habuit cõgeriem viciorũ. Nota ꝙ rex Theodoricus voluit quendaꝫ noĩe Decoratuꝫ violenter tendere in magiſtratũ vt vna cũ Boe. rempublicam regeret: cuius nequitiaꝫ Boe. deteſtatus recuſauit ſibi aſſociari: propter quod Boe. multis iniurijs afflictus fuit a rege Theodorico. Nota ꝙ ſcurra ſecũdum Huguitioneꝫ idem eſt ꝙ lecator vel vaniloquus. proprie aũt dicitur qui ſequitur curiam gratia cibi. Nota ꝙ virtus facit homineꝫ reuerẽduꝫ ⁊ nobilem non dignitas: quia dicit Seneca. xliiij. epiſtola. virtus non accepit Platonem nobilem ⁊ reuerendum: ſed fecit. quis enim eſt generoſus virtuoſus ⁊ dignus niſi qui ad virtutem eſt bene diſpoſitus. Non facit hominem nobilem atrium plenum famoſis imaginibus ⁊ nummis: ſed animus ⁊ virtus ſupra fortunã ſurgens. In quo illud. Hic philoſophia probat ſecunda via ꝙ dignitates non faciunt hominem nobilẽ ⁊ honorabileꝫ: quia vicia improborum manifeſtant. di. in quo ſcilicet ꝙ dignitas aduenit magis illud eſt magis aduertendum: ꝙ ſi aliqͥs eo eſt abiectior id eſt vilior: quo id eſt qͣtomagis contẽnitur a pluribus: cum dignitas nequeat facere improbos reuerendos ipſos facit deſpectiores quos pluribus oſtentat: verũ pro ſed: hoc non eſt impune. i. dignitas nõ facit hec ipunita: qꝛ improbi parẽ vicẽ reddũt dignitatibus qͣs



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ípi commaculant ſua cogitatione: quaſi diceret ſicut dignitas maculat improbos: qꝛ eorum malitiam manifeſtat: ſic econtra improbi cōmaculant dignitates. No. per dignitates vicia improboꝝ innoteſcunt: quia principatus virum oſtendit. cum igitur vicium faciat hominē contemptibilem: tpalis dignitas aduenīēs improbis facit eos deſpectiores. vnde Juuenalis poeta. Omne animi vicium tanto deſpectius in ſe crimen habet: quanto q̄ peccat maior habetur. ⁊ Seneca. loco ignominie apō indignum ē dignitas.

Atq; vt agnoſcas veram illam reuerentiam. Hic philoſophia ꝓbat tertia via ꝙ dignitates non faciunt reuerendum: quia opinione hoim vileſcunt. qui enim dignitatibus fungūtur: q̄uis a ſuis honorentur: tamē apud extraneos homines non curantur: vt ab illis qui ſunt alterꝰ dioceſis. vnde di. Atq; ꝓ certe vt tu agnoſcas verā reuerentiam que eſt beatitudo non poſſe contingere alicui homini: per has dignitates vmbratiles. i. tranſitorias ad modum vmbre. ſic collige. ſiquis

non impugne. Redeunt namq; improbi parem dignitatibus vicem: quas ſua contagione commaculāt. Atqui vt agnoſcas veram illam reuerentiam per has vmbratiles dignitates non poſſe contingere: ſic collige. Si quis multiplici conſulatu functus i barbaras nationes forte deuenerit: venerandum ne barbaris honor facit. Atqui ſi hoc naturale munus dignitatibus foret: ab officio ſuo quoquo gentium nullo modo ceſſarent. Sicut ignis vbiq; terrarum nunq̄ tamen calere deſiſtit. Sed quoniam id eis non propria vis: ſed hominum fallax annectit opinio: vaneſcunt illico cū ad eos venerint: que dignitates eas eſſe non eſtimāt. Sed hoc apud exteras nationes. Inter eos vero apud quos orte ſunt: num perpetuo perdurant. Atqui p̄fectura magna olim poteſtas nūc inane nomē: et ſenatorii cenſus grauis ſarcina. Siquis quondā populi curaſſet annonam magnus habebatur: nunc ea prefectura quid abiectius. Ut enim pauloante diximus: quod nihil hab; proprii decoris opinione vtentium: nunc ſplendorem accipit: nūc amittit. Si igitur reuerēdos facere nequeūt dignitates: ſi vltro improborum contagione ſordeſcunt: ſi mutatione temporum ſplendere deſinunt: ſi gentium eſtimatiōe vileſcunt: quid eſt quod in ſe expetende pulchritudinis habeant nedum alius preſtent.

homo functus id eſt vſus multiplici conſulatu id eſt dignitate: deuenerit forte in barbaras nationes id eſt extraneas gentes facit ne honor conſulatus ipſum venerandū barbaris: quaſi diceret non. Atqui pro certe. ſi hoc ſcilicet facere reuerendum barbaris eſt naturale munus dignitatibus: nullo modo ceſſarent ab officio ſuo quoquo id eſt quocunq; loco gentium: ſicut ignis vbiq; terrarum nunq̄ deſiſtit calere id eſt cremare. Sed quoniam id ſcilicet reuerendum facere eis annectit fallax opinio hoim ⁊ non propria vis illico id eſt ſtatim vaneſcunt cum ad eos venerint: qui non eſtimant eas eſſe dignitates: ſicut ſunt nationes barbarice id eſt extranee. No. ꝙ res nō deſtituitur a ſua propria operatione. cum enim operatio ſit finis habentis operationem: ſecundo celi ⁊ mundi: res deſtituta a ſua operatione deſtitueretur a ſuo fine: ⁊ ſic eſſ; fruſtra. Si ergo facere reuerendum eſſet naturalis operatio dignitatum: vbiq; gentiū facerent hoiem reuerendum. ſed videmus ꝙ dignitates que faciunt aliquē reuerendū apud ſuos: apud extraneos non faciunt ipm reuerendū. Sed hoc apud exteras nationes. Hic philoſophia probat quarta via que ſumitur ex hoc ꝙ dignitates temporū mutatione ſordeſcunt. quod enim magna olim fuit dignitas: moderno tpe pro nihilo reputatur. vnde dixit. Sed hoc quod dixi verum eſt apud exteras nationes id eſt extraneas: ſed inter eos apud quos dignitates orte ſunt, non perpetuo durant. Atqui pro certe nam prefectura olim erat magna poteſtas apud romanos: ſed nunc eſt inane nomen: ⁊ cenſus id eſt precioſitas ſenatorij nunc ē grauis ſarcina: que olim erat magna dignitas: ⁊ ſiquis quondā curaſſet annonā populi qui dicebatur p̄fectus ānone: ille magnus habebatur: nūc ea p̄fectura quid eſt abiectius. q. d. nihil. vt eīm pauloante diximus nihil eīm habet proprij decoris qđ opinione vtentiū: nūc accipit ſplēdorē: nūc amittit. ⁊ nūc epylogat di. Igitur ſi dignitates nequeunt facere reuerēdos: vt patet ex prima via: ſi ſordeſcūt contagione. i. vicio improborum: vt patet ex ſecūda via: ſi deſinunt ſplēdere mutatione temporū vt docet quarta via: ſi vileſcunt eſtimatione gentiu; vt patet ex tertia via: q̄d eſt qđ habeant in ſe expetēde id eſt deſiderāde pulchritudinis nedu; alijs p̄ſtēt. q. d. nihil habēt in ſe pulchritudinis: ⁊ ideo nec eā alijs preſtare poſſunt.

Um ego Platoni inq̄. Iſta eſt duodecima ꝓſa ⁊ vltima hui⁹ tertij in qua. P. reducit. B. in cognitionē alterius: cuius ignorantiaꝫ pri⁹ confeſſus eſt ſupple quib⁹ gubernaculis mundus regaꝉ. primo facit hoc. ſecūdo. B. mouet quādā queſtionē. P. ſecunda ibi. ludis ne me. primo oñdit. P. ꝙ de⁹ oīa gubernat ſua bonitate. ſecundo oñdit modū quo oīa gubernat. ibi. Sed quod dicam. tertio ex his cōcludit malū nihil eſſe. ibi. ſed vis ne. primo. B. aſſentit dictis Platoni in metro. ⁊ oñdit. P. ipm poſſe deduci in cognitionē cuiuſdaꝫ cui⁹ ignorantiā confeſſus eſt. ſecūdo. P. reducit ipm in cognitionem illi⁹. ſecunda ibi. Mūdū hunc. Primo di. tū pro tūc: ego. B. inq̄ vehementer aſſentior id ē cōſentio Platoni. nā me o. P. horum ſupple ꝙ de⁹ ſit finis oīm reꝝ ⁊ ſummum bonū. ſecūdo cōmemoras. i. recordari facis ꝑmuꝫ qꝺ amiſi memoriaꝫ id eſt qꝺ erat in memoria corporea cōtagione. i. corporis grauedine: de hinc id eſt ſecundo cōmemoro: bonū cum amiſi memoriā preſſus mole id eſt pondere meroris. tunc P. oſtēdit ꝙ non tm̄ horum recordabitur ꝓpter dicta: ſed cuiuſdā alteri⁹ qꝺ ignorare ſe dicebat. d. ſi illa priora conceſſa reſpicias non aberit longius. ſ. a memoria tua quin facile recordereris quod dudū confeſſus es te neſcire. i. ignorare in primo li. ⁊ querit. B. quid inq̄. d. P. Quib⁹ gubernaculis regatur mundus. ⁊. d. B. Memini inq̄ me fuiſſe confeſſum inſitiā. i. ignorantiam meā ⁊ licet iam ꝓſpiciā. i. agnoſcam: tamē deſidero planius audire ex te q̄d aſſeras. i. q̄d de hoc dicas. Notandū ꝙ Boe. d. ſe ſecundo commemoratū predictoꝝ ꝙ deus ſit finis rerum ⁊ ꝙ ſit ſummum bonum. primo poſtq̄ mole corporis oppreſſus eſt amiſit memoriam coꝝ: ⁊ poſtea per ſtudium recordatus eſt. ſecundo qꝛ merore ⁊ triſticia affectus in ignorantiā eorū lapſus eſt: ſed poſtea per inſtructionē phie ad memoriā reduxit. Mundū hūc inquit deo regi. Hic phia vult oſtendere intentū. ⁊ primo amonet Boe. de quodam prius conceſſo: ⁊ Boe. illud fatetur ⁊ ratione confirmat. ſecūdo Phia oſtendit quibus gubernaculis regatur mundus. ibi. Tum illa inquit. primo dicit. o Boe. tu pauloante in primo libro putabas minime dubitandū hunc mundū regi a deo. di. Boe. Minime arbitror dubitandum: nec vnq̄ putabo. ⁊ ego breuiter exponam quibus rationibus accedam ad hoc probandum. ⁊ innuit Boe. rationes ſuas dicens. Hic mundus minime conueniſſet in vnam formam ex tam diuerſis ⁊ contrarijs partibus: niſi eſſet vnus qui taꝫ diuerſa coniungeret ſupple qui eſt deus: ⁊ ipſa diuerſitas naturarum huius mundi diſcors inuicem diſſociaret atq̃ diuelleret coniūcta: niſi eſſet qui contineret id eſt conſeruaret quod nexuit id eſt cōiunxit: quod ſupple

## Proſa duodecima libri tertii.

Um ego platoni inq̄ vehementer aſſentior. nā me horum iam ſecūdo commemoras. Primum ꝙ memoriam corporea contagione dehinc cuꝫ meroris mole preſſus amiſi. P. Tum illa. ſi priora inquit conceſſa reſpicias: ne illud quidē lōgius aberit quin recorderis quod te dudū neſcire confeſſus es. B. Quid inq̄. P. Quibus ait illa gubernaculis mūdus regatur. Boetius: Memini inq̄ me inſitiam meam fuiſſe cōfeſſum. Sed quid afferas licet iam proſpiciaꝫ: planius tamē ex te audire deſidero. Philoſophia.



eſt deus. ordo vero nature tam certus non procederet: nec explicaret tam diſpoſitos motus id eſt ordinatos motus locis temporibus efficientia ſpacijs qualitatibus: niſi eſſet vnus qui ipſe manens ſcꝫ immobiliter diſponeret has varietatuꝫ mutationes. quicquid autem hoc eſt quo: condita id eſt creata manent: agitantur id eſt mouētur: illud vſitato cunctis vocabulo nomino deum. Nota ꝙ Boe. innuit tres rationes ꝙ mundus regatur a dō. prima ſumitur ex diuerſarum rerum coniunctione que talis eſt. Diuerſa ⁊ cōtraria non vniuntur inuicē per ſe: cū igitur mūd⁹ vnit⁹ ſit ex partibus ꝯtrarijs vt ex elementis oportet vt aliq̄s ſit vniēs eas: hoc eſt deus: ergo mund⁹ regitur a deo. Hanc rationē tāgit ibi. mundus hic. Secūda ratio ſumitur ex contrarioruꝫ ſimul coniūctoruꝫ conſeruatione que talis eſt. diuerſa ⁊ contraria ex proprietate ſue nature diſſociantur ab inuicem: niſi ab aliquo conſeruentur: ſed partes mundi ſunt diuerſe ⁊ contrarie: ergo ⁊c. hanc rationem tangit ibi. Coniuncta vero. Tertia ratio ſumitur ex ordinata motuꝫ diſpoſitōne que talis eſt. nihil certitudialiter ⁊ regulariꝉ mouetur ſecundum diſpoſitōnem loci temporis efficiētie ſpacij ⁊ qualitatis niſi ſit vnum rectificans ⁊ regulans: ſed motus eorum qui ſunt in mundo fiunt regulariter ſcōm predicta quinq̃: ergo neceſſe eſt ponere rectificationē ⁊ regulantem quod eſt deus: ergo mundus regitur a deo. Hanc rationem tangit ibi. Non tam vero certus. Notanduꝫ ꝙ regulares motus fiunt in mundo locis q̄tum ad proximationē ⁊ elongationeꝫ ſolis in obliquo circulo. fiunt etiam temporibus q̄tum ad variationeꝫ diei ac noctis. fiunt efficientia: quia luna efficit augmentationem ⁊ diminutionem humidorum ſecundum ſui creſcētiam ⁊ decreſcentiam: ⁊ efficit fluxum ⁊ refluxum maris. fiunt etiam ordinati motus ſpacijs: quia luna ⁊ alij planete maiori ⁊ minori ſpacio quādoq̃ diſtant a ſole ⁊ ab inuicem. etiam fiunt qualitatibus: quia in eſtate cauſatur calor: in hyeme frigus.

Mundum hunc inquit deo regi pauloante minime dubitandum putabas. Boeti. Nec nunc quidem arbitror inq̄: nec vnq̄ dubitandum putabās. Philoſophia. Quibuſq̃ ad hoc rationibus accedā breuiter exponam. Mundus hic ex taꝫ diuerſis contrarijſq̃ partibus in vnam formaꝫ minime conueniſſet: niſi vnus eſſet qui taꝫ diuerſa coniungeret: coniuncta vero naturarum ipſa diuerſitas inuicem diſcors diſſociaret atq̃ diuelleret: niſi eſſet vnus qꝺ nexuit contineret. Non tam vero certus nature ordo procederet: nec tam diſpoſitos motus locis tēporibus efficientia ſpacijs qualitatibus explicaret: niſi vnus eſſꝫ qui has mutationum varietates manens ipſe diſponeret. Boe. Hoc q̄cquid eſt quo condita manent atq̃ agitātur vſitato cūctis vocabulo deū nomino. Philoſophia Tum illa. cū hec inquit ita ſentias paruaꝫ

Tum illa cū hec inquit ita. Hic phia ſuppoſito ꝙ mūdus regatur a deo: probat ꝙ regaꝉ ab ipſo ꝑ ſuā bonitatē. ⁊ dicit. O Boe. cū hec ita ſentias ꝙ mūdus regitur a dō

puto mihi reſtare paruā operam id eſt paruum laborem: vt tu compos id eſt potens
felicitatis: ſoſpes id eſt ſanus: reuiſas patriaȝ id eſt cognoſcas beatitudinem. Tunc
probat ꝙ deus regat mundum ſua bonitate. d. intueamur que propoſuimus: nōne nu
merauim⁹ ſupra in nona proſa in beatitudine eſſe ſufficientiā: ⁊ cōceſſim⁹ deū eſſe ipaȝ
btitudinē. d. B. Ita ē q̇dē. ex h̄ cōcludit pbia deū nullo idigere ad regendū mūdū. di

mihi reſtare operam puto: vt felicitatis cō
pos patriam ſoſpes reuiſas: ſed que propo
ſuimus intueamur. Nōne in beatitudine
ſufficientiam numerauimus: deūqȝ beati
tudinem ipſam eſſe conceſſimus. B. Ita
quideȝ. P. Et ad mundum igitur inquit
regendum nullis extrinſecis adminiculis
indigebit: alioquin ſi aliquo egeat: plenaȝ
ſufficientiam non habebit. Boe. Id inq̄
ita eſt neceſſarium. Phi. Per ſe igitur ſo
lum cuncta diſponit. Boe. Negari inq̄ ne
quit. P. Atqui deus ipſum bonū eſſe mō
ſtratus eſt. Boe. Memini inq̄. P. Per
bonum igitur cuncta diſponit. Siquidem
per ſe regit omnia que bonum eſſe conſen
ſimus: ⁊ hic eſt veluti quidam clauus atqȝ
gubernaculum quo mūdana machina ſta
bilis atqȝ incorrupta ſeruatur. Boetius.

ḡ ad mundū regendū de⁹
nullis extrinſecis admini-
culis indigebit. alioquin
ſi ita eſſet ꝙ aliquo egeat
nō hēbit plenā ſufficiētiā
⁊. d. B. illud inq̄ eſt neceſ-
ſarium. ideo ꝯcludit pbia
De⁹ cuncta diſponit id eſt
regit per ſe ſolū. d. B. Ne-
gari nequit: ſed de⁹ mon-
ſtratus ē eſſe ipſuȝ bonū.
memini inq̄. d. B. ergo p
bonū de⁹ cūcta diſpōit ſiq̄
deȝ per ſe regit oīa que cō
ſenſimus eſſe bonū: ⁊ hic
eſt deus veluti quidā cla-
uus atqȝ gubernaculum
quo machīa mūdana ſer-
uatur ſtabilis ⁊ icorrupta
Dicit. B. vehemēter id eſt
valde aſſentior. ⁊ illud te
dicturam pauloante pro-
ſpexi: licȝ tenui ſuſpiciōe.
Dicit pbia. Credo inquit
ꝙ hec prouidiſti. iam enīȝ
vt arbitror vigilantius q̄
prius deducis oculos ad
vera cernēda. Notādū
ꝙ ex littera accipiunt due rationes ad probādū itentū. Pria rō pbat ꝙ de⁹ p ſe regit
oīa ⁊ taliter. In beatitudine eſt ſumma ſufficientia: ſed deus eſt beatitudo: ergo in
deo eſt ſumma ſufficientia. tale autem non indiget extrinſecis gubernaculis: ergo de-
us per ſe regit omnia. Secunda ratio probat ꝙ deus per ſuam bonitatem que nō di-
ſtinguitur a deo regit omnia ſicut deus per ſe regit omnia vt viſum eſt: ſed deus ē ip
ſum bonum: ergo per bonum regit omnia: vt patet de ſe quia ſua bonitate ⁊ clemen-
tia. Sed quod dicam. Hic ponit per quem modum deus omnia gubernat. Et pri-
mo oſtendit ꝙ omnia gubernat ſuauiter: quia oīa ſibi obediunt. Secundo ꝙ guber-
nat omnia fortiter: quia nihil ſibi reſiſtere poteſt. Secunda ibi. Quid ſi conetur.
Primo dicit. Illud quod dicam non minus patet ad contuendum id eſt ad deſide-
randum. Et dicit Boetius. Quid inq̄. Et dicit Philoſophia. Cum deus iure cre-
datur omnia gubernare clauo bonitatis ſue: et omnia feſtinent naturali intentio-
ne ad bonum ſicuti docui prius in proſa decima. Num pro nunquid poteſt dubi-
tari quin voluntarie regantur ſponte: et conuertant ſe ad nutum diſponentis velu-



ti conſenſientia id eſt obedientia: ⁊ contemperata id eſt coaptata ſuo rectori. dicit Bo
etius. Ita inquam neceſſe eſt: quia non videretur beatum eſſe regimen dei: ſi foret iu-
gum detractantium id eſt recuſatiuum: ſicut bos laſciuus recuſat iugum: ⁊ ſi non eſ-
ſet ſalus obtemperantium id eſt obedientium. ergo dicit philoſophia. nihil eſt quod
naturam ſeruans conetur id eſt laborat contrarie deo. dicit Boe. Nihil inq̄.

Vehementer aſſentior inquā: et id te pau
loante dicturam tenui: licet ſuſpicōne pro
ſpexi. Philoſophia. Credo inquit. iaȝ eiȝ
vt arbitror vigilantius ad cernenda vera
oculos deducis. Sed quod dicam non mi
nus ad contuendum patet. Boe. Quid in
quā. P. Cū deus iquit oīa bonitatis cla
uo gubernare iure credat̄ eadēqȝ oīa ſicu
ti docui ad bonū naturali itētōne feſtinēt

Nota
ꝙ cuȝ gubernare nihil ali
ud ſit niſi in finem ordia-
re: nec aliud eſt deum per
bonitateȝ gubernare q̄ p
bonitatem in finem diri-
gere: ⁊ cuȝ omnia natura
liter tendant ad bonū tā-
q̄ in finem: manifeſtuȝ eſt
ꝙ omnia ſponte in finem
diriguntur: ⁊ ita naturali
ter omnia ſponte obediūt
gubernāti: ⁊ p conſequēs
deus regit omia ſuauiter
Notandum ꝙ volunta
rium ſecundum perfectaȝ
ſui rationem tantum inue
nitur in habentibus voluntatem: ſed extendendo voluntarium ad omnem appetituȝ
nō coactuȝ ſic poteſt reperiri in omnibus: ⁊ ſic accipitur hic. Nota ꝙ nihil ſeruās
naturam repugnat deo. licet enim peccator videatur deo repugnare: ipſe non ſeruat
naturam: quia peccatum diminuit ⁊ deprauat naturam. etiam Boe. loquitur hic de
appetitu nature: vt pȝ ex ſuperioribus. Quid ſi conetur ait nim. ⁊c̄. Hic oſtendit
philoſophia ꝙ deus regit omnia fortiter: quia nihil eſt quod poſſit ſibi reſiſtere. Secū
do confirmat hoc per quādam fabulaȝ ibi. Accepiſti. primo dicit. Siquid conetur re
ſiſtere deo: nunq̇d aliquid proficiet aduerſus euȝ queȝ conceſſimus eſſe potentiſſimū
iure beatitudinis id eſt ex eo ꝙ eſt beatitudo. dicit Boetius. prorſus nihil valeret ſup
ple reſiſtere. Igitur dicit philoſophia. non eſt aliquid quod huic ſummo bono vel ve
lit, vel poſſit obſiſtere. dicit Boeti. non arbitror. ideo dicit philoſophia. ſummum bo-
num eſt quod regit cuncta fortiter ſuauiterqȝ diſponit. dicit Boetius. q̄ id eſt q̄tum
me ea ſumma rationum que modo concluſa eſt: non modo id eſt nō tantummodo me
delectant: verum pro ſed hec ipſa verba: quibus vteris multomagis delectant me: ita
vt ſtulticiam id eſt me ſtultum: lacerantem id eſt mala reprehendenteȝ magna que tā
gunt diuinam gubernationem pudeat ſui. tunc confirmat per fabulaȝ ꝙ nihil poteſt
reſiſtere deo: que talis eſt. Gigantes volentes expellere deos de celo poſuerūt montē
ſup mōteȝ vt aſcēderēt. qd̄ videns iupiter ipos fulmine deiecit: ⁊ mōtibus depreſſit:
⁊ hec in ſecundo methamorphoſeos. Unde dicit. o Boeti. Accepiſti id eſt didiciſti in
fabulis: gigantes laceſſantes id eſt lacerare volentes celum: ſed fortitudo benigna
ſcilicet dei: illos diſponit id eſt depoſuit vti condignum fuit.

Nota philoſophia hic alludit verbis ſacre ſcripture que dicit. Attingit ergo a fi
ne vſqȝ ad finem fortiter: ⁊ diſponit omnia ſuauiter: ideo dicit Boetius ſe non tantū
delectari in iſtis rationibus q̄tum in ſuis verbis. Sed vis ne rationes ipſas in-
uicē. Hic pbia. cōcludit ex dictis ꝙ malū nihil ſit. primo petit aſſenſum Boe. dicens



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vis ne ipſas rationes id eſt propoſitiones ratione probatas: inuicez collidamus id ē componamus forſitan ex cōflictatione huiuſmodi diſſiliat id eſt procedat quedā pulchra ſcintilla veritatis. ⁊ dicit Boe. fiat inq̄ tuo arbitratu id eſt tua voluntate. Tunc ponit propoſitionem manifeſtam dicens. nemo dubitauerit deū eſſe oīpotentē. dicit Boe. Nullus prorſus ambigat qui mente cōſiſtat id eſt qui ſane mentis eſt. tunc aſſumit aliam propoſitionem dicens. qui vero eſt omnipotens nihil eſt quod ille non poſſit. dicit. B. Nihil inq̄. tunc ponit aliam propoſitionem. deus non poteſt facere malum. dicit Boe. Minime inq̄. igitur concludit phīa. malum nihil eſt cum illud facere nō poſſit ille qui nihil non poteſt facere id eſt omnia facere. Nota ſicut deus ē cauſa efficiens omniū: ita eſt finis omniuz. vnde q̄cquid fit ab eo: ordinatur ad ipſum tanq̄ ad finem: ſi ergo deus faceret maluz ordinaretur ad ipſuz tāq̄ ad finem: ⁊ cuz ipſe ſit bonum malum ordinaretur ad bonum: ergo deus nō poteſt facere malum tanq̄ aliquid per ſe intentuz. eſt ergo cōcluſio quā philoſophia infert q̄ malū nihil eſt. ratio concluſionis eſt. deus poteſt facere omne quod eſt cum ſit omnipotens: ſed deus non poteſt facere malū: ergo malum nihil eſt. Et ſi diceres ſi malum nihil eſt: cum bono damnetur pro malo damnatur pro nihilo. dicendum q̄ malū dicit defectum boni non negatiue: ſed priuatiue: ⁊ ideo malum eſt defectus boni quod deberet habere in poteſtate hominis eſt illud habere: ⁊ ſi non habeat illud bonum cum deberet habere: ideo damnatur. ⁊ ponitur exemplum. Aliquis tenetur ſoluere centum libras: ⁊ ſi non ſoluat incarcerabitur: certuz eſt q̄ non ſoluere non eſt aliquid: ſed nihil: non tamē ſimpliciter dicitur aliquis incarcerari pro nihilo: ſed ideo quia nihil erat quod debuit aliquid eſſe. Ludis ne inq̄. Hic Boetius mouet queſtionez philoſophie. Secūdo philoſophia ſoluit ibi. Tum illa. Primo Boe. admirans de connexione ⁊ cōuolutione rationum quibus philoſophia vſa eſt. Querit vtrum iſta connexio rationum ſit ex delu

Num dubitari poteſt quin voluntarie regantur: ſeqz ad diſponentis nutum veluti conuenientia contemperataqz rectori ſpōte conuertant. Boe. Ita inq̄ neceſſe eſt. nec beatum regimen eſſe videretur ſiquidem detractantium iugum foret non obtemperantiū ſalus. Phi. Nihil eſt igitur quod naturam ſeruans deo cōtraire conetur. Boe. Nihil inq̄. Phi. Quid ſi cōetur ait: nuz tandem proficiet quicquam ⁊ aduerſus eum quem iure potentiſſimum beatitudinis eſſe conceſſimus. B. Prorſus inq̄ nihil valeret. P. Non eſt igitur aliquid quod ſummo huic bono vel velit vel poſſit obſiſtere. B. Non inq̄ arbitror. Phi. Eſt igitur ſummum bonum inquit quod regit cūcta fortiter ſuauiterqz diſponit. Boeti. Tum ego inq̄ me non modo ea que concluſa ſumma rationum: verum multomagis hec ipſa quibus vteris verba delectant: vt tandem aliquando ſtulticiam magna lacerantem ſui pudeat. P. Accepi



ſione philoſophie: vel proueniat ex natura rei. ⁊ breuiter illas rationes recolligit ⁊ dicit. O philoſophia ludis id eſt deludis ne: me texens id eſt formans: laborintum id ē laborem difficilez rationibus faciendo rationes circulares: quo ſcilicet laborinto egrediaris ea parte qua introieras: ⁊ egrediare eo loco quo introieris: tu complicas quidem orbem admirabilem diuine ſimplicitatis id eſt facis mirabilem circulationem rationis ī diuina ſimplicitate. ⁊ tunc breuiter recolligit rationes dicēs. tu pauloante incipiens a beatitudie dicebas eā eſſe ſummum bonum quem beatitudinem tu loquebare eſſe ſitam in ſummo deo: ⁊ diſſerebas deum eſſe ſummū bonum ⁊ plenam beatitudinem: ex quo dabas id eſt inferebas: quaſi munuſculum id eſt correlarium neminem eſſe beatum niſi eſſet deus. rurſum tu loquebaris formā boni eſſe ſubſtantiam dei ⁊ beatitudinis: ⁊ dicebas ipſum vnū eſſe id ipſum quod bonum: ⁊ illud bonum dicebas eſſe quod peteretur a natura omnium rerum: et tu diſputabas id ē diſputando probabas deum regere vniuerſitatem gubernaculis bonitatis: ⁊ cuncta volentia parere id eſt obedire deo: nec vllam eſſe naturam mali: ⁊ hec omnia explicabas nullis rationib⁹ ſumptis extrinſecus id eſt non accipiendo principia extrinſeca: ſ inſitis id eſt intrinſecis: ⁊ domeſticis id eſt proprijs ⁊ conuenientibus probationibus rei de qua agebatur altero aſſumpto: trahente fidem id eſt certitudinem ex altero. Nota laborintus dicebatur domus dedali: quam cum aliquis intendebat intrare exiuit ⁊ exeundo intrauit: et conſueuit depingi circularibus protractionibus: ⁊ tranſumitur hic ad deſignandum circulares ⁊ reuolutiones rationum. Nota q̄ circumlocutio ⁊ connexio rationum q̄bus philoſophia vſa eſt non eſt ſic circularis q̄ vna ⁊ eadem propoſitio ſit principiuz ⁊ concluſio reſpectu eiuſdem: quia ſic non contingit demonſtrare circulo: vt patet primo poſterior: ſed dicitur ꝯnexio circularis: quia rationes ex ſe inuicē dependēt: ita q̄

ſti inquit in fabulis laceſſantes celum gigantes: ſed illos quoqz vti condignum fuit benigna fortitudo diſpoſuit. Sed viſne rōes ipas inuicem collidamus forſitan ex huiuſmodi conflictatione pulchra quedaz veritatis ſcintilla diſſiliat. Boe. Tuo inq̄ arbitratu. P. Deum inquit eē oīpotentem nemo dubitauerit. B. Qui quidē inq̄ mente conſiſtat nullus prorſus ambigat. P. Qui vero eſt inquit omnipotens nihil eſt quod ille non poſſit. B. Nihil inq̄. P. Num igitur deus facere malū non poteſt. B. Minime inq̄. P. Malū igitur inq̄t nihil eſt cū id facere ille nō poſſit qui nihil non poteſt. Boe. Ludis ne inq̄ me inextricabilem laborintum rationibus texēs que ne quidē qua egrediaris introeas. nunc vero quo introieris egrediare: admirabilem quādam diuine ſimplicitatis orbem complicas. Etenim pauloante a beatitudine incipiēs eā ſummū bonū eē dicebas: quā in ſummo deo ſitaz loque

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

propoſitio concluſa in vna ſit principium alterius concluſionis in alia: nec propter iſtas diuerſas concluſiones eſt aliqua diuerſitas in deo: ſed omia ſunt idem ſimpliciter. Tum illa minime inquit. Hic philoſophia reſpondit Boeti. ad queſtionez. ꝛ dicit minime ludimus: ſed nos exegimus id eſt perfecimus munere dei quem dudum deprecabamur rem maximam omniū rerum. ea eiꝫ id eſt talis eſt forma id eſt diſpoſitio diuine ſubſtātie: vt neqꝫ i externa id eſt i exteriora: dilabatur id eſt cadat: nec ipſa ſuſcipiat aliquid externum id eſt extrinſecū in ſe: quod probat auctoritate Permenidis: quam primo ponit in greco: deinde ſenſum eius ſubiungit in latino dicens. Sed ſicuti Permenides ait de ea ſcilicet ſubſtantia diuina ꝙ diuina ſubſtantia rerum orbem mobilem rotat id eſt mutat res circulatiōe generationis ꝛ corruptionis: ꝛ mutando res ipſa non mutatꝛ: ſed ſe immobilē cōſeruat. Q Bo. ſi nos agitauim⁹ id eſt cognouimus rationes: non extra id eſt non ab extrinſeco: petitas id eſt ſumptas: ſed collocatas intra rei ambitum: quaꝫ ſcilicꝫ reꝫ tractabamus: nihil eſt ꝙ de hoc ammirere: cū id eſt ex quo tu didiceris Platone ſanxiente id eſt confirmante: ſermones oportere eſſe cognatos id eſt proprios conuenientes rebus: quibus ſupple rebus loquūtur. Nota ꝙ ſermones accipiēdi ſunt ſecūdum materiam ſubiectā: quia certitudo non eſt ſimpliciter querenda rationibus: ex primo ethicorum vbi dicitur ꝙ diſciplinati eſt tantuꝫ inquirere certitudineꝫ ſecūduꝫ vnūqđqꝫ genus ꝙ tū natura rei patitur. Cū igitur deus ſic regat omnia preter hoc ꝙ cōmiſceatur cū eis ex libro de cauſis: ſermones de diuina ſubſtantia accipiendi ſunt ſecundum intranea

bare ipſum quoqꝫ deum ſummum eſſe bonum: plenāqꝫ beatitudineꝫ diſſerebas: ex quo neminē beatum fore: niſi qui pariter deus eſſet quaſi munuſculum dabas. Rurſus ipſam boni formam dei ac beatitudis loquebaris eſſe ſubſtantiam: ipſumqꝫ vnū idipſum eſſe bonum dicebas quod ad omnium reruꝫ naturā peteretur. Deum quoqꝫ bonitatis gubernaculis vniuerſitatem regere diſputabas: volentiaqꝫ cuncta parere illi: nec vllam mali eſſe naturā: atqꝫ hec nullis extriſecus ſumptis: ſed altero ex altero fidem trahente inſitis domeſticiſqꝫ probationibus explicabas. Philoſophia Tuꝫ illa minime inquit ludimus: rēqꝫ omnium maxime dei munere queꝫ dudum deprecabamur exegimus. Ea eſt eim diuine forma ſubſtātie: vt neqꝫ in externa dilabatur: nec in ſe externuꝫ aliquod ipſa ſuſcipiat. Sed ſicut de ea Permenides ait, omnē tu circulo adducis ſponte multitudinē: id eſt rerū orbeꝫ mobilē rotat: dū ſe imobilē ipſa cōſeruat. Quod ſi rōnes quoqꝫ nō ex petitas: ſed intra rei quā tractabamus ambituꝫ collocatas agitauimus: nihil eſt qđ āmirere cum Platone ſanxiente didi





diuine ſubſtantie ꝛ non ſecundum extranea cum non commiſceatur cum eis.

Metrum duodecimum tertij libri.

Elix qui potuit boni. Iſtud eſt duodecimū metrū ꝛ vltimū huius tertij qđ dicitur gliconicū ab inuentore: coriambicū a pede predominātē. Primo eniꝫ ponitur ſponde⁹ dicendo felix, Secūdo coriamb⁹ dicēdo. Qui potuit. tertio pirrichꝰus vel trochꝰus.

ceris cognatos de quibus loquuntur rebus oportere eſſe ſermones.

Metrum duodecimum tertii libri.

Elix qui potuit boni
Fontem viſere lucidum.
Felix qui potuit grauis
Terre ſoluere vincula.
Quondam funera coniugis
Vates traicius gemens
Poſtꝙ flebilibus modis
Siluas currere mobiles;
Amnes ſtare cogerat.
Iuſſitqꝫ intrepidum latus
Seuis cerua leonibus.
Nec viſum timuit lepus:
Iam cantu placidum canem.

In quo metro poſtꝙ philoſophia oſtēdit ꝙ ſit vera beatitudo ꝛ vbi ſit ſita: hortatꝛ nūc ad perſeuerandū i cōtemplatione illius beatitudinis. Et primo ponit illum eſſe feliceꝫ ꝙ relictis terrenis vacat diuine contemplationi. Secūdo oñdit quid hmōi contēplationem ipediat. Tertio illđ impedimentū vitare docꝫ ſecūda ibi. quondaꝫ. Tertia ibi. nos ħ fabula. Primo dicit. Felix ſupple eſt ꝙ potuit viſere .i. deſiderabiliter videre lucidū fonteꝫ boni. i. deū qui ē fons omni boni: ꝛ felix ē qui potuit ſoluere vincula. i. affectiones: grauis terre id eſt terrenorū que ſua grauitate trahūt hominē deorſuꝫ. Notandū ꝙ felix ē qui ſpeculatur fontem boni ꝛ qui contemnit delectationes terrenas. vnde in libro de pomo ꝛ morte Ariſtotelis ſcribitur. Beata eſt anima que non eſt infecta prauis operationibus huius mundi: ꝛ intellexit ſuum creatorem. ipſa eſt que reuertetur in locum ſuum in delicijs magnis. ve autem anime que nō habet poſſe redeūdi ad patriā ſuaꝫ. turpia enim opera ꝛ delectationes corporales impediunt aſcenſum eius ſurſum. Quondaꝫ funera coniugis vates. Hic oſtendit quid ipediat contēplationē diuinorum quia affectus terrenorum: quod declarat per quandam fabulam que talis ē. Orpheus fili⁹ Caliope fuit cytharista qui tanta dulcedine cythare reſonabat: ꝙ non tantum homines: ſed etiam bruta allexit: ꝛ in tantum ea demulſit ꝙ impetus ſuos naturales dimittebant: ſiluas cruere: flumina ſtare fecit. hic habuit vxorem dictaꝫ Euridicon: quā cū paſtor Ariſteus adamare vellet: ipſa fugiens ꝛ prata calcato quodā ſerpente interijt ꝛ ad inferos deſcendit: quaꝫ Orpheus volens ab inferis reducere: deos ſupernos ſua cythara placare cepit: ſed cum non proficeret ad infernum deſcendit: ꝛ i tantum deos infernales deliniuit ꝙ ꝛ conceſſa eſt ei vxor tali conditione: ꝙ anteꝙ exiret infernuꝫ nō flecteret retro aſpectum vxorem reſpiciendo. Cum aūt iam prope exiuiſſet: Orpheus amor allectus retroſpexit ꝛ ſic vxorē pdidit. Circa iſtā fabulā ſic procedit. Primo oſtēdit quō Orphe⁹ ad inferos deſcendēs p vxore rogauit. Secundo quomodo monſtra

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

infernalia placuit. tertio oſtendit quomodo vxor ei conceſſa fuit ⁊ eam perdidit. Secunda ibi. ſtuper. tertia ibi. tādem. dicit primo. vates trabitius id eſt orpheus de trabitia prouincia oriundus: dictus vates id eſt ſapiens a multis: ille quondā gemens id eſt deplorans: funera id eſt mortez coniugis: poſtꝙ coegerat amnes id eſt fluuios ſtare: ſiluas currere mobiles poſt ipſuz: flebilibus modis id eſt modulatōnibus cithare quas flendo formauit:

Cum flagrantior intima
Feruor pectoris vreret.
Nec qui cuncta ſubegerant
Mulcerent dominum modi.
Immites ſuperos querens
Infernas adiit domos.
Illic blanda ſonantibus:
Cordis carmina temperans:
Quicquid precipuis dee
Matris fontibus hauſerat.
Quod luctus dabat impotens:
Quod luctum geminans amor
Deflet trenara commouens.
Et dulci veniam prece.

⁊ poſtꝙ cerua iūxit intrepidum latus ſeuis leonibus: quia cerua cū leonibus incedebat ſequendo modulatōez Orphei: nec lepus timuit canez viſuz: iam placidum id eſt placatuz: cantu id eſt ſono cithare: q̇a lepus ⁊ canis ſimul ſequebātur ipſuz. Cū aūt feruor id eſt amor: flagrātior id eſt ardētior: vreret intima id eſt interiora pectoris Orphei: ⁊ cū modi id eſt modulatōes: qui cuncta ſubegerant id eſt ſubuicerant: nō mulcerēt id eſt non placarent: dominum id eſt orpheum: ipſe querens ſuperos id eſt deos immites: quia placari non poterat: adiit domos infernas id eſt infernales illic temperans blanda carmina ſonantibus cordis: ipſe deflet id eſt flebiliter decantat in cithara quicquid hauſerat ex precipuis fontibus matris ſcꝫ dee caliope: ⁊ ipē deflet qđ luctus impotens q̇ facit hoiez īpotentē ſibi dabat .i. cōceſſit: ⁊ deflet illud qđ dabat ſibi amor gemināns luctū: qn̄ cōmouēs trenara .i. inferna ⁊ rogat dn̄os vmbraꝝ .i. infernales: dulci p̄ce veniā .i. relaxatōez ſue vxoris.

Nota ſcḋm Ariſtote. ij. metha. ⁊ cōmentatorē tertio celi ⁊ mūdi. Nō oēs accipiūt veritatez p eundē modū: tū propter diuerſaz cōſuetudinē: tū ꝓpter diuerſaz naturā: tum ꝓpter paucitatez inſtructōis in logica. Vn̄ quidā recipiūt veritatē p modū demonſtrationis. quidā p modū auctoritatū. quidā p modū fabulaꝝ. vt ergo phia talibus ſatiſfaciat: aliqn̄ demōſtratōibus: aliqn̄ auctoritatibus vtiť: aliqn̄ fabulas interſerit ſicut in ꝓpoſito. Notandū ꝙ orpheus dr̄ vates: qꝛ carmia compoſuit. diciť aūt vates a vi mētis vel a video. Notandū ꝙ trenara dicūtur quaſi lamētabilia a trenus treni qđ eſt lamētatio: ⁊ trenarus in ſingulari numero eſt nomē cuiuſdā mōtis: in quo dr̄ eſſe via ad infernū. in plurali nūero trenara ſignificat loca infernalia: ſicut dicit huguit. Cōmuniter aūt inueniť iſtud nomē ſcriptū ſine. r. in prima ſyllaba. ⁊ dr̄ tenara vł tenarꝰ ſicut i doctriali. tenarꝰ ifernꝰ. tn̄ Hug. ſcribit totū p. r. vt trenarꝰ ⁊ trenara. Vn̄ forſan ex vicio ſcriptoꝝ qn̄qꝫ ſubtrabiť. r. Stupet tergeminꝰ nouo. Hic oñdit qūo Orpheꝰ mōſtra iferni placauit di. Iāitor iferni q̇ dr̄ cerberꝰ q̄ſi vorator carniū: ille tergēinꝰ .i. hn̄s tria capita cāina captꝰ fuit: nouo carie .i. melodia priꝰ iaudita: ⁊ ſtupet .i.





admiratur. Tunc oſtendit quomodo alia monſtra placuerit dicēs ꝙ tres furie infernales: Teſiphone: Alecto: Megera: que ſunt vltrices ſcelerum inferentes metuz peccatoribus: iſte lachrymabantur propter dulcedinē cythare. vnde dicit dee id eſt furie vltrices ſcelerū id eſt peccatorum: que dee agitant id eſt vexant: ſontes id eſt peccatores: metu id eſt timore: iſte iam meſte madent id eſt fluunt lachrymis.

Umbrarum dominos rogat:
Stupet tergeminus nouo
Captus carmine ianitor.
Que ſontes agitāt metu
Ultrices ſcelerum dee
Iam meſte lahrymis madent:
Non Ixionuz caput
Uelox precipitat rota
Et longa ſiti perditus
Spernit flumina tantalus:
Uultur dum ſatur eſt modis:
Non traxit titii iecur.
Tandem vicimur arbiter
Umbrarum miſerans ait
Donamus comitem viro.
Emptam carmine coniugez.
Sed lex dona coherceat.
Ne dum tartara liquerit
Phas eſt lumina flectere.
Quis legem dat amantibus.

Tunc tangit remiſſionem pene quorūdam in inferno. ⁊ primo ixionis. Ubi ſciēdū ꝙ Ixion voluit concubere cum Iunone. cū autē Iuno interponeret Nubem Ixion proiecit ſemē in Nubē: ex quo nati ſunt centauri. ipſe autem adiudicatus in inferno continuo voluitur in rota que rota ſtetit Orpheo modulante. vnde dicit velox rota nō precipitat id eſt nō deiecit caput Ixionū .i. Ixionis ſupple Orpheo canēte. Tūc tangit remiſſōez pene Tātali vbi nota ꝙ tantalus diciť laceraſſe proprium filium dans eū diis ad comedendum p qua dānatus fuit. Dicitur aūt in inferno habere aquā vſqꝫ ad mentū ⁊ poma pendētia ante os ⁊ tn̄ deficere ſiti ⁊ fame. cū eniz vult ſumere aquā vel pomū fugiunt ab eo. iſte Tantalus ſpreuit flumia Orpheo canente. vnde dicit Tantalus perditus .i. conſumptus: longa .i. magna ſiti ſpernit flumina. tunc oſtendit remiſſionē pene Titij. vnde ſciendū eſt ꝙ Titiꝰ voluit concubere cū Lacona matre Appollinis quē Appollo interfecit ⁊ in infernū relegauit: cuiꝰ iecur vultur deuorat. Orpheo aūt canēte vultur ceſſauit laniare iecur eiꝰ vnde dicit. Duz vultur eſt ſatur modis .i. modulationibꝰ Orphei: nō traxit .i. nō laniauit iecur Titij. Tandē vicimur arbiter. Hic oſtēdit quomō Orpheo vxor ſua cōceſſa fuit ⁊ quō eā perdidit dicēs. tandē arbiter id ē iudex vmbraꝝ: iſte miſerās id ē miſericordiā habēs ait nos vicimur: donamꝰ id ē reſtituimꝰ viro .ſ. Orpheo comitē coniugem: emptam id eſt cōparatam carmine ſuo: ſed lex id eſt cōditio coherceat iſta dona: ne phas ſit ſibi deducēti vxorem flectere lumina id eſt oculos reſpiciēdo vxorez dū liquerit id eſt reliquerit tartara. Et nunc exclamat dicēs. Quis dat id eſt imponit legem amātibus: quaſi dicat amor nō debet coherceri lege: quia amor maior lex eſt ſibi

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

id eſt amoꝛ maioꝛ eſt lege. ⁊ ſubdit. heu propter termios noctis id eſt inferni Orpheus Euridicez vxorem ſuam vidit reſpiciendo a tergo: eam perdidit ab inferis non ducendo: occidit in inferno eam relinquendo. Notandum ꝙ apud inferos arbiter id eſt iudex vmbrarum dicitur adamandus qui cogit animas ad fatendum peccata commiſſa: ⁊ vnicuiqꝫ ſecundum merita ſua penam diſtribuit. Iſte adamantus dixit. donemus viro coniugez.

Maioꝛ lex amoꝛ eſt ſibi.
Heu noctis prope terminos.
Orpheus erudicem ſuam
Vidit perdidit occidit.
Vos hec fabula reſpicit.
Quicũqꝫ in ſupernum diem
Mentem ducere queritis.
Nam qui tartareum in ſpecus
Victus lumina flexerit.
Quicquid precipuum trahit:
Perdit dum videt inferos.

Notandum ꝙ amoꝛ nõ poteſt lege coherceri. nam ex intenſo amoꝛe homo ſepius tranſgreditur legez: ⁊ amoꝛ foꝛtioꝛ eſt ad aliquid implendu ꝙ̃ lex ad cohercendum. ideo dicit. quis legem dat amantibus: maioꝛ lex eſt ſibi: quaſi diceret propter quid lex amoꝛ datur amantibus: cuꝫ per ſe lex dura ſit amare. Vos hec fabula reſpicit. Hic philoſophia applicando fabulaꝫ ad ꝓpoſitum hoꝛtatur nos vitare impedimentum contemplationis ſummi boni. ⁊ dicit. O homines quicunqꝫ queritis id eſt vultis ducere: mentem id eſt mẽtis cõtemplationem: in ſupernum diem id eſt in ſupernã claritatem hec fabula iam dicta reſpicit vos: quia ad veſtram infoꝛmationez inducta. Nam qui victus affectu terrenoꝛum flexerit lumina id eſt oculos rationis: ⁊ intellectus in tartareuꝫ ſpecus id eſt in terrena que ducunt ad terrenam pꝛofunditatem. Quicquid precipuum id eſt bonum trahit laboꝛando: illud perdit dum videt inferos id eſt dum intendit terrenis ⁊ tempoꝛalibus que ſunt infima. Nota ꝙ concupiſcentia ⁊ affectus terrenoꝛuꝫ impediunt contemplationem ſummi boni. Vnde Boetius in tractatu de ſummo bono dicit. Inoꝛdinata concupiſcentia multos impedit a ſummo bono. Quoſdaꝫ enim pigriciam ſequi videmus. Quoſdam enim delectationes ſenſuales. quoſdam enim deſideria auri ⁊ argenti: exceptis paucis viris honoꝛandis philoſophia: qui contemnunt ſenſus deſideria ⁊ ſequũtur deſideria intellectus. ⁊ pꝛope finem eiuſdem tractatus dicit. philoſophus maxime delectatur in pꝛimo pꝛincipio in contemplatione ſue bonitatis. ⁊ hec ſola recta eſt delectatio. hec enim eſt vita philoſophoꝛum ſine qua nemo viuit vita recta. ⁊ ſubdit. philoſophum autem voco omnem hominem viuentem oꝛdine nature: tendens in alta ⁊ finiens vitam: qui acquirit vltimum finem ⁊ optimũ vite humane: qui eſt deus glorioſus benedictus in ſecula ſeculoꝛuꝫ. Amen.

Explicit liber Tertius de conſolatione Philoſophie.





Et cum philoſophia dignitate vultus. Hic incipit quartus liber de cõſolatione philoſophie cuius hec eſt proſa pꝛima: in qua philoſophia aſſignat cauſas quare mala concedantur in regno dei: cum omnium rerum rectoꝛ bonus exiſtat ſcilicet deus: ⁊ pꝛobat bonos ſemper eſſe potentes: ⁊ malos impotentes: ⁊ ſicut vicia nunꝙ̃ ſunt ſine pena: ita virtutes nunꝙ̃ ſunt ſine pꝛemio. Pꝛobat etiam ꝙ omnis foꝛtuna tam pꝛoſpera ꝙ̃ aduerſa bonis eſt ad ꝑfectum: malis autem ad interitum. Etiam pꝛobat ꝙ omnia que fiunt a deo recte fiunt ⁊ alia plura ſicut patebit. ⁊ diuidit iſte liber in quattuoꝛdeci partes: quia ſeptem ſunt pꝛoſe ⁊ ſeptem metra huius quarti: de quibus patebit in proceſſu. Pꝛimo ergo oſtendit Boe. quomodo intentionem philoſophie adhuc parantis plura dicere interrupit pꝛoponendo cauſas ſui doloꝛis. Secundo philoſophia ꝓmittit ſibi perfectam curam. Tertio dat modum curandi ipſum. Secunda ibi. Tum illa ⁊ eſſet. Tertia ibi. Et quoniam. Et quarto pꝛoſequitur intentionem ipſum curando in ſequenti pꝛoſa. ibi. Tum ego. Pꝛimo oſtendit quomodo interrupit intentionez philoſophie volentis plura loqui. Secundo pꝛobat cauſas ſui doloꝛis. Secunda ibi. Sꝫ ea ipſa eſt. Pꝛimo dicit cum philoſophia cecinisset id eſt decantaſſet: hec ſcilicet predicta: ſeruata leuiter id eſt delectabiliter: ꝙ pꝛo ⁊ ſuauiter id eſt dulciter: ſeruata dignitate id eſt reuerentia: vultus ſcilicet ſui: ⁊ grauitate oꝛis id eſt ſermonis ſupple ſui. Tum id eſt poſt hoc ego ſcilicet Boetius nondum id eſt non adhuc: oblitus id eſt immemoꝛ penitus id eſt omnino: inſiti meroꝛis id eſt intrinſeci doloꝛis: ego Boetius abꝛupi .i. interrupi: intentionem id eſt pꝛopoſitum philoſophie: parantis id eſt intendẽtis dicere adhuc aliquid: ⁊ inꝙ̃ id eſt dico: pꝛeuia id eſt pꝛeambula: veri luminis id ẽ perfecte cognitionis: ſcilicet illa que tua oratio id eſt tuus ſermo: fudit id eſt locutꝰ eſt: hucuſqꝫ id eſt ad iſtum librũ quartũ: patuerunt id eſt manifeſta fuerunt: indicta id eſt inſolubilia: tum id eſt aliquando: diuina ſpeculatione id eſt ſancta contemplatione: tum id eſt aliquando ſui ſcilicet ipſius: tum id eſt aliquãdo tuis rationibus id eſt demonſtrationibus: ſed ea id eſt illa pꝛedicta: ⁊ ſi pꝛo ꝙ̃uis: oblita mihi nuper id eſt aliquãdo ob doloꝛem iniurie ſupple quã ꝑpeſſus ſum a Theodoꝛico rege gottoꝝ: nõ tñ dixiſti ꝓſus id eſt oĩo hec. ſ. pꝛedicta: ignoꝛata id eſt ignota: antehac .i. hucuſqꝫ. Nota ꝙ dignitas eſt honeſta ⁊ imperioſa auctoꝛitas. Dicitur aũt phia habere dignitatez vultus ꝓpter ſui honeſtatem: quia ſecũdum Tullium. ſola ſapientia eſt que meretur honoꝛes: et pꝛopter ſui auctoꝛitatem que digna eſt imitatione, etiam phia dicitur eſſe grauis oꝛe id eſt ſtabili ſermone: quia ſermones philoſophici firmitate rationũ ſunt ſtabiliti; Notandum cuꝫ phia oſtẽdiſſet quid ſit ſummũ bonũ ⁊ in quo ſitũ ſit: ⁊ feciſſet exhoꝛtationẽ ad illud querendũ, intẽdebat oñdere modum quo ad illud peruenitur: ſed anteꝙ̃

## Libri quarti pꝛoſa pꝛima.

Et cum. Philoſophia. Dignitate vultus ⁊ oꝛis grauitate ſeruata leuiter ſuauiterqꝫ cecinisset. Tum ego nondũ penitus inſiti meroꝛis oblitus intẽtionẽ dicere adhuc aliq̃d parãtis abꝛupi, et inꝙ̃ veri ꝓuia luis q̃ huc vſqꝫ tua fu

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

expleret illam intentionem Boetius velut auidus ad ſciendum quedam quoruꝫ igno rantia detinebat ipſum in merore interrupit intentionem philoſophie volentis plu-ra dicere. Notandum ꝙ philoſophia dicitur preuia veri luminis: quia ipſa clari-ficat animam ⁊ trahit eam ab obſcuritate ignorantie ad lucem ſapientie ⁊ ad clarita teꝫ intellectus: ex libro de pomo Ariſtotel. Uel ideo dicitur preuia veri luminis: quia per ipſam tanꝙ per viaꝫ homo peruenit ad cogni-tioneꝫ veri luminis quod eſt deus: quia ſcribitur in libro de pomo ꝙ per phi-loſophiam homo cogno-ſcit ſuum creatoreꝫ qui de nihilo fecit omnia: qui eſt inceptor omniuꝫ incepto rum ⁊ omnium principio rum principium. ⁊ ibideꝫ ſcribitur oportuit vt phi-loſophia mitteretur ad in ſtruendum ignorantes: ⁊ eos qui non cognouerunt ſuum creatorē. Sed ea ipſa eſt vel maxima. Hic Boeti. ꝓponit cauſas ſui meroris dicēs. Sed ea ip ſa ē cauſa noſtri meroris ⁊ maxima cauſa ꝙ cuꝫ re ctor reruꝫ ſcilicet deus bo nus exiſtat vel eſſe mala omnino poſſint vel prete-reant impunita: quod ſal tem ſi nullum aliud: incō ueniens ſequeretur conſi-dera quanta ſit dignum admiratione: atqꝫ pro ſed huic adiungitur id eſt additur ali-ud maius ſupple admirandum: nam pro quia imperante id eſt precipiente ⁊ floren-te id eſt vigente: nequitia id eſt nequitioſis hominibus: virtus id eſt homo virtuoſus non ſolum: id eſt non tantū caret premijs: verumetiaꝫ ipſa virtus ſubiecta id eſt ſubi ta calcatur pedibus id eſt potentijs: ſceleratorum id eſt malorum. ⁊ ipſa virtus luit id eſt patitur: ſupplicia id eſt penas: in locum facinorum id eſt vicioſorum loco: que ſci-licet predicta fieri id eſt permitti: in regno id eſt in mundo ſcientis omnia ſcilicet dei ⁊ potentis omnia: ſed volentis ⁊ intendentis tantummodo bona nemo ſatis nec ad-mirari nec conqueri poteſt id eſt querimoniam facere. Nota ꝙ mala fiunt in mun-do. patet quia ratio ſemper deprecatur ad bonum. cum ergo mali non regantur iudi cio recte rationis: ſed vincantur paſſionibus ire ⁊ concupiſcentie: ideo deficiunt a bo no. Item ſuperabundantia ⁊ defectus ſunt de genere malorum: cum virtus conſiſtat in medio. cum igitur in pluribus ſit ſuperabundātia ⁊ defectus: patet ꝙ mala ſunt in mundo. Cum autem omnia dependeant a deo celum ⁊ tota natura ⁊ deus eſſentiali-ter ſit bonus: mirabile eſt quomodo mala eſſe poſſunt vel ſaltē permaneāt impunita.

dit oratio: cum ſui ſpeculatione diuina tuꝫ tuis rationibus inuicta patuerunt. Eaqꝫ mihi et ſi ob iniurie doloreꝫ nuper oblita: non tamen ante hac prorſus ignorata di-xiſti. Sed ea ipſa eſt vel maxima noſtri cau ſa meroris: quod cum reruꝫ bonus rector exiſtat vel eſſe omnino mala poſſint vel im punita pretereant. Quod ſolum quanta dignum ſit admiratione profecto conſide ra: at huic aliud maius adiungitur. Nam imperante florenteqꝫ nequitia virtus nō ſolum premiis caret: verumetiam ſcelera-torum pedibus ſubiecta calcatur: et in lo-cum facinoruꝫ ſupplicia luit. Que fieri in regno ſcientis omnia potentis omnia: ſed bona tantummodo volentis dei: nemo ſa tis poteſt nec admirari nec conqueri. P.



Nota ꝙ quia boni attingunt finem omnium rerum ſcilicet ſummuꝫ bonum: ideo ſunt potentes: mali autem quia hoc ipſum attingere nō poſſunt ſunt impotentes. Et quia Boeti. in primo libro ſexta proſa dicit ſe ignorare quis ſit finis omnium rerum: ideo putabat bonos eſſe impotentes malos autem potentes. ⁊ de hoc Boetius am-miratur: vt patet in littera: ⁊ iſta eſt vna cauſa ſui doloris. Tum illa. ⁊ eſſet inquit. Hic philoſophia promit-tit Boeti. perfectam curā que conſiſtit in pertractō ne huius materie dicens. O Boeti ⁊ cēt infiniti ſtu poris id eſt ammiratio-nis: ⁊ eſſet horribilius om nibus monſtris id eſt dif-formitatibus: ſi in diſpoſi tiſſima id eſt in ordinatiſſi ma domo ſcilicet in mun-do tāti patriſfamilias ſci licet dei colerent id eſt ho norarentur: vilia vaſa .i. mali homines: ⁊ ſi precio ſa vaſa id eſt boni homi-nes: ſordeſcerent id eſt vi-leſcerent ſicut tu eſtimas: ſed non eſt ita. naꝫ ſi ea q̄ pauloante concluſa ſunt ſeruātur inconuulſa id eſt integra in ſui veritate: tu autore id eſt doctore ipſo deo de cuius regno nunc loquimur cognoſces ſemper bonos eſſe potentes: malos vero impotentes: nec vnꝙ vicia eſſe ſine pena: nec ſine premio eſſe virtutes: ⁊ cognoſces bonis ſemper contin-gere felicia ⁊ malis infortunata: ⁊ cognoſces multa id genus id eſt huius generis q̄ corroborent te firma ſoliditate: ſed contra aduerſitatem fortune querelis tuis ſopitis id eſt remotis. Notanduꝫ ſicut poſtea patebit omnia que fiunt recte fiunt a deo. cum igitur ordo iuſticie requirat vicia puniri virtutes remunerari: ſi mali remanerent impuniti ⁊ boni irremunerati: eſſet ſic peruerſus ordo in domo dei: ſcilicet in mundo quod eſt horribilius omnibus monſtris. Et quoniā vere formam. Hic philoſophia dat modum curandi ipſum Boetium dicens. Quoniam duduꝫ ſcilicet in tertio libro vidiſti formam vere beatitudinis me monſtrante id eſt docente: omnibus decurſis id eſt pertrāſitis que puto neceſſarium pretermittere: oſtendam tibi viam que te tenebat id eſt reducat domum id eſt ad cognitionem vere beatitudinis: ⁊ ego affigaꝫ id eſt ap ponam tue menti: pennas id eſt rationes quibus mens poſſit ſe tollere in altuꝫ vt de pulſa perturbatione contingēte tibi ex affectu bonoruꝫ temporaliū: reuertaris ſoſpes in patriam meo ductu mea ſemita meis vehiculis id eſt meis rationibus demonſtra-bilibus. Nota ꝙ per pēnas quas philoſophia promittit affigere mēti Boetij in telligitur ſpeculatio rationis ⁊ intellectus: virtus ⁊ ſapientia. ſicut enim auis volan-do in altum deducitur auxilio pennarum: ſic mens humana ſpeculatione rationis ⁊

Tum illa. et eſſet inquit infiniti ſtuporis omnibuſqꝫ horribilius monſtris ſicuti tu eſtimas in tāti velut patriſfamilias diſpo ſitiſſima domo vilia vaſa colerētur: precio ſa ſordeſcerent. Sed nō ita eſt. Nam ſi ea que pauloante concluſa ſunt inconuulſa ſeruantur: ipſo de cuius nunc regno loqui mur autore cognoſces ſemper quidem po tētes bonos eſſe: malos vero abiectos ſem per atqꝫ imbecilles: nec ſine pena vnꝙ eſſe vicia: nec ſine premio virtutes: bonis feli-cia: malis ſemper infortunata contingere. Multaqꝫ id genus que ſopitis querelis firma te ſoliditate corroborēt. Et quoni-am vere formā beatitudīs me duduꝫ mon

intellectus virtute ⁊ ſapientia erigitur in contemplationem ſummi boni.

Metrum primum quarti libri.

Sunt etenim pēne volucres mihi. Iſtud eſt primū metrū hui⁹ quarti: cuius pri-
mus verſus dicitur metrū alcmanicum ab inuentore: dactilicū a pede predo-
minante. ſecundus verſus dicitur metrū archiloicū ab inuentore: iambicū a pe-
de p̄dominate: in quo metro ph̄ia oſtendit viam p quā peruenitur ad cognitionem ſummi boni: ⁊ ē p conſideratione creaturaꝝ que gradatim ſunt trāſcēdēde: quouſq͡ꝫ inueniatur aliquid qđ premineat omni creature: ⁊ iſtā viaꝫ tradit ſub ſimilitudine auis volantis. Primo ergo tradit viam qua mēs perueniat ad cognitionem ſummi boni. Secundo oſtendit quid mens iudicabit cum illic peruenerit. ſecunda ibi. huc te. Primo dicit dixi ꝙ affigam pēnas mēti tue. Sunt eteni mihi pēne volucres. i. veloces ſcꝫ virtus ⁊ ſapientia q̃ cōſcēdant id eſt penetrāt: celſa id eſt alta poli. Quas ſcꝫ pēnas cum mens velox ſibi induit id eſt aſſumit: ipſa peroſa. i. odio habens terras deſpicit eas querēdo vlterius creatorem: et mens ſuperat globum id eſt ſpericuꝫ corpus immēſi aeris cognoſcendo ꝙ vltra aerem eſt creator. Nubes videt poſt tergum: q2 vltra nubes querit cognitionem ſummi boni: ⁊ tranſcendit verticem id eſt ſummitatē ignis: qui ignis calet ex agili id eſt veloci motu: etheris id eſt celi: et vlterius procedit mens inueſtigando: donec ſurgat id eſt eleuetur in domos aſtriferas id eſt in orbem planetarum: et coniungat vias ſuas phebo id eſt ſoli inueſtigando ꝙ ſol non eſt deus: donec comitetur iter gelidi ſenis id eſt ſaturni qui eſt ſupra ſolem. mens inꝗ͡ exiſtens miles chorruſci ſyderis id eſt dei qui eſt ſplendidum ſydus: et vlterius aſcendit ſupra orbes planetarum: donec recurrat id eſt pertranſeat circulum: aſtri id eſt celum ſtellatum: quo ſcilicet aſtro pingitur id eſt ornatur micans nox: quia nox ſtellis firmamenti illuminatur; vbi id eſt poſtꝗ͡ ſatis fuerit exhauſtum id eſt ſpecu-

ſtrante vidiſti. quo etiaꝫ ſita ſit agnouiſti decurſus omnibus que pretermittere neceſſarium puto: viam tibi que te domum reuehat oſtendam. Penas etiam tue mēti quibus ſe in altum tollere poſſit affigaꝫ: vt perturbatione depulſa: ſoſpes in patriam meo ductu: mea ſemitta; meis etiā vehiculis reuertaris.

## Metrum primum libri quarti.

Sunt eteni pēne volucres mihi
Que celſa conſcendant poli
Quas ſibi cum velox mens induit
Terras peroſa deſpicit
Aeris immenſi ſuperat globum
Nubeſqꝫ poſt tergum videt
Quiqꝫ agili motu calet etheris
Tranſcendit ignis verticem
Donec in aſtriferas ſurgat domos
Pheboqꝫ coniungat vias



latione euacuatum ꝙ nulla ſtellarum eſt deus: mens vlterius tranſcendit: donec relinquat extimum polum id eſt vltimum celum: ꝙ pro ⁊ premat dorſa velocis etheris id eſt firmamenti: ſcilicet compos id eſt potens verendi luminis ſcilicet dei. hic ſupra vltimum polum dominus regum tenet ſceptrum id eſt imperiuꝫ: ⁊ temperat id eſt moderatur: habenas id eſt regimina orbis: ⁊ ſupple manens ſtabilis in ſe regit volucreꝫ id eſt velocem: currum id eſt circularem motum corporum celeſtium: deus exiſtens coruſcus arbiter id eſt ſplendidus iudex reru̅.

Notandū ꝙ dicit ignē calere motu celi: ex quo videtur ꝙ calor non ſit propria: ⁊ per ſe q̃litas ignis cum ſibi debeatur per motum celi. Sed dicendum ꝙ locus non ſoluꝫ eſt cauſa conſeruatia locati: ſed omnium accidentium naturaliter conſequentium. Unde quia celum eſt loc⁹ ignis non ſolum eſt cauſa ipſius ignis: ſed etiam ipſius caloris ignem conſequētis. ⁊ quia propria diſpoſitio celi ſecundū quā habet caliditatem ſuper omnia eſt motus eius: iō dicit ignem calere motu celi: nō excludens per hoc quin calor per ſe ſit qualitas ignis.

Aut comitetur iter gelidi ſenis
Miles coruſci ſyderis
Vel quocunqꝫ micans nox pingitur
Recurrat aſtri circulum
Atqꝫ vbi iam exhauſtum fuerit ſatis
Polum relinquat extimum
Dorſaqꝫ velocis premat etheris
Compos verendi luminis.
Hic regum ſceptrum dominus tenet
Orbiſqꝫ habenas temperat:
Et volucrem currum ſtabilis regit
Rerum coruſcus arbiter.
Huc te ſi reducem referat via
Quam nunc requiris immemor
Hec dices memini patria eſt mihi.
Hinc ortus hic ſiſtam gradum
Quod ſi terrarum placeat tibi
Noctem relictam viſere:

Notandum ꝙ ſaturnum vocat gelidum ſenem: non ꝙ ſit gelidus formaliter ſed effectiue. Eſt eniꝫ effectiuus gelu ⁊ frigoris. ⁊ dicitur ſenex: quia motus eius tardus eſt ad modum ſenis. nam curſum ſuum complet pluri tempore ꝗ͡ ſol vel luna. Huc te ſi reducem. Hic oſtendit philoſophia quid mens iudicabit: cum tranſcendit creaturas ⁊ peruenit in cognitionem dei dicens. O mens ſi via referat id eſt ducat te: reducem id eſt reuertentem a temporalibus: huc id eſt ad cognitionem dei: quam viam nunc immemor requiris. tu dices. Ego memini que obnubilata fui affectu temporalium. Hic ſcilicet in contemplatione dei eſt mihi patria. hinc ſcilicet a deo eſt ortus meus: quia ad eius imaginem creata. hic ſiſtam id eſt in contemplatione dei figam gradum id eſt ponam finalem quietem. Quod ſi placeat tibi exiſtenti in cognitione dei viſere id eſt cum deſiderio videre noctem terrarum relictā: tu cernes. i. videbis: toruos tyrānos id eſt crudeles principes quos miſeri populi timēt illos toruos eſſe exules a vera patria ſua. Notandum ſecundum apoſtolum. Non habemus hic manentem patriam; ſed futuram inquirimus, hec enim eſt vera patria a qua aīa rōnalis



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

per creatorem a deo exiuit: ad quam niſi reuertatur eſſe quod a deo accepit affectione terrenorum deturbata prorſus amittit. propter quod dicit in ſecundo metro tertij libri. Repetunt proprios queq₃ recurſus. Reditu ſuo ſingula gaudent. Nec manet vlli traditus ordo, Niſi quod fini iunxerit ortum. Stabilemq₃ ſui fecerit orbem.

Proſa ſecunda quarti libri.

Um ego pape inq̄. Hic icipit ſecūda proſa hui⁹ quarti. Circa quam eſt ſciendum ꝙ philoſophia in primo libro ſexta proſa inueſtigādo cauſam ⁊ radicem īfirmitatis Boeti. cognouit ꝙ Boe. ex ignorātia finis rerū₃ malos homines potentes: bonos vero impotentes putabat. Item ꝙ ignorabat quibus gubernaculis mundus regatur fortuitarum vices eſtimabat fluitarī ſine rectore. q₂ vero philoſophia iam oñdit quid ſit finis rerum a quib⁹ gubernaculis mūdus regatur: Nunc philoſophia vult adhibere. B. perfectam curam remouēdo dolores in quos Boetius incidit ex ignorantia

Quos miſeri toruos populi timent
Cernes tyrānos exules.

## Proſa ſecunda quarti libri:

Um ego pape inq̄ vt magna promittis nec dubito quin poſſis efficere: tu modo quem excitaueris ne moreris. P. Primum igitur inquit bonis ſemper adeſſe potentiam: malos cunctis viribus eſſe deſertos agnoſcas licebit: quorum quidam alterum demonſtratur ex altero. Nam cum bonum malūq₃ contraria ſint: ſi bonum potens eſſe conſtiterit; liquet imbecillitas mali, atſi fragi-

premiſſarum. Et primo philoſophia hoc petit. ⁊ philoſophia ſecundo illud proſequitur. ibi. primum igitur. Dicit primo. Tum igitur ſcilicet finito ſermone philoſophie. Ego Boetius inq̄. Pape ē admirantis. O philoſophia tu magna promittis; nec dubito quin poſſis efficere id eſt in effectum producere: tu modo ne moreris id eſt nō protrahas me quē excitaueris ſcilicet ad audiendum. Notandum ꝙ ſapiens nihil promittit quod adimplere non poſſit: quia opus ſapiētis eſt non mētiri. ergo dicit Boe. phie. Sicut magna promittis non dubito quin efficere poſſis. Primū igitur inquit Hic philoſophia proſequitur intentum. ⁊ primo probat bonos ſemper eſſe potentes ⁊ malos impotentes: cuius oppoſitū putabat Boetius. Et tangit primo modum ꝑ quem vult hoc oſtendere. Secundo oſtendit ⁊ probat intentum ſuū₃ rationibus. ibi. Duo ſunt. primo dicit. O Boeti primum licebit vt agnoſcas bonis ſemper adeſſe potentiam ⁊ malos eſſe deſertos id eſt priuatos cunctis viribus quorum alterū₃ ſcilicet bonis ſemper adeſſe potentiam demonſtratur ex altero ſcilicet ex hoc ꝙ mali ſunt viribus deſerti. ⁊ huius cauſam ſubdit dicens. Nam cum bonum ⁊ malum ſint contraria ſi bonum eſſe potens conſtiterit: liquet id eſt manifeſtum fuerit: imbecillitas id eſt impotentia mali. atſi fragilitas clareſcat mali: firmitas boni nota eſt. Sed vti pro ſicut abūdantior ſit fides noſtre ſententie alterutro calle id eſt vtraq₃ via procedam confirmans propoſita; nunc hinc ſcilicet ex firmitate boni nunc inde ex fragilitate mali.



ſecundum quam res dependent ex diuina voluntate ⁊ poteſtate: ⁊ ſic fatum cōcedi tur aliquid eſſe. Eſt ergo prouidentia diuina ordinatio ſiue diſpoſitio exiſtens in mente diuina qua cuncta inferiora ſunt prouiſa ſecundum ſtatum ſue nature. Fatum auteꝫ eſt diſpoſitio diuina exiſtens in rebus mobilibus qua ſingula ſuis annectuntur ordinibus vt magis patebit.

Que diuerſa eſſe facile liquebit ſiq̇s vtriuſq; vim mente conſpexerit. Nam prouidentia eſt ipſa illa diuina ratio in ſummo omnium principe conſtituta que cuncta diſponit. Fatū v̇o inherens rebus mobilibus diſpoſitio per quam prouidentia ſuis queq; nectit ordinibus. prouidentia namq; cuncta pariter quamuis diuerſa quamuis infinita cōplectitur. Fatuꝫ vero ſingula digerit in motu locis formis ac tp̄ibus diſtributa: vt hec temporalis ordīs explicatio in diuine mentis adunata proſpectu

Que diuerſa eſſe facile liquebit. Hic ponit differentiam inter prouidētiam ⁊ fatum aſſignando diffinitiones vtriuſq;. Secundo oſtendit ꝙ vnum eorum dependet ex altero ibi. Que licet diuerſa. Primo dicit. Que duo ſcilicet fatum ⁊ prouidentiam diuinam liquebit id eſt patebit eſſe diuerſa: ſi quis mēte conſpexerit id eſt cōſiderauerit: vtriuſq; vim id eſt naturaꝫ ⁊ eſſentiam. ⁊ diffiniens prouidentiam di. Prouidentia eſt ipſa diuina ratio q̄ eſt in ſummo principe omnium rerum conſtituta: que ſcilicet ratio cuncta diſponit. Tunc diffiniens fatuꝫ dicit. Fatum eſt diſpoſitō inherens rebus mobilibus id eſt temporalibus per quam diſpoſitionem prouidentia nectit queq; ſuis ordinibus. Tunc declarat iſtas diffinitiones ex proprietatibus vtriuſq;: intendens ꝙ prouidentia complectitur omnia ſimul: ſed manifeſtum eſt ꝙ omnia nuſq̄ ſunt ſimul: niſi in mente diuina: ergo oportet ꝙ prouidentia ſit ratio exiſtens in mente diuina. ad fatum vero ſpectat vt ea que fato ſubduntur diſtribuantur per loca ⁊ tempora: ita ꝙ ordo fatalis quandam ſucceſſionem temporalem importat. talis autē ſucceſſio non eſt niſi in ipſis rebus mobilibus: quare oportet ꝙ fatum ſit in rebus mobilibus. Unde dicit in littera. prouidentia namq; cuncta complectitur pariter quamuis diuerſa ⁊ infinita. fatuꝫ vero digerit id eſt diuidit ſingula diſtributa in motu locis formis ac pro ⁊ temporibus: ita ſcilicet vt hec temporalis explicatio que ad fatum ꝑtinet adunata in proſpectu diuine mentis ſit prouidentia. Eadem vero adunatio digeſta id eſt diuiſa ⁊ explicata temporibus que ſucceſſionem important vocetur fatuꝫ.

Notandum ꝙ quia prius dixit ꝙ diffinitio rerum faciendarum vt eſt in intellectu diuino dicitur prouidentia: vt autem refertur ad res mobiles dicitur fatum. Poſſet alicui videri ꝙ fatum ⁊ prouidentia ſignificant eandem rem ſub diuerſis rationibus: ideo philoſophia hoc excludens oſtendit ea realiter diſtingui ponens diffinitionem vtriuſq;.

Notandum ꝙ cognitio dei habet ſe ad res ſicut cognitio artificis ad artificia. ſicut ergo omnia artificiata ſubduntur ordini ⁊ rationi artis: ſic neceſſe eſt omnes res ſubdi rationi ⁊ ordini diuine prouidentie: propter quod oſtendit ꝙ prouidentia eſt diuina ratio que cuncta diſponit. Notandum ꝙ diſpoſitio que ponitur



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

in diffinitione fati accipitur pro ordine. ⁊ dicitur ille ordo inherens rebus mobilib⁹ ad differentiam ordinis qui eſt in ipſa ratione diuina quem iam vocamus prouidentiam ſecundum quem ordinem prouidentia diuina annectit queqꝫ ſuis ordinibus: ſcilicet vt illa eueniant illo tempore: ⁊ alia illo tempore. hec prius: illa poſterius. Que licet di uerſa ſint. Hic oſtendit ꝙ licet fatum ⁊ prouidentia differant: tamen vnum depēdet ex altero dicens. Que licet ſint diuerſa: tamen alteruꝫ dependet ab altero: ſcilicꝫ fatum dependet ex proui dentia. nam ordo fatalis procedit ex ſimplicitate ꝓ uidentie: ſicut declarat in ſimili dicens. Sicut enim artifex puta edificator for mam faciende rei ſicut do mus mente percipiens id eſt proſpiciens: mouet id eſt producit effectum ope ris: ⁊ quod ſimpliciter et preſentarie ꝓſpexerat mē te: ſcilicet formam domus cum ſuis partibus: ſimul ducit per temporales ordi nes ſupple ad effectum. primo fundamentū: po ſtea parietes: vltio tectū. Ita deus prouidentia ſua ſingulariter id eſt ſimplici ter ⁊ ſtabilit̄ diſponit om nia facienda: ſed fato id eſt per fatum ea que diſponit temporaliter amminiſtrat.

prouidentia ſit. Eadem vero adunatio di geſta atqꝫ explicata temporibus fatum vo cetur. Que licet diuerſa ſint: alterum ta men pendet ex altero. Ordo namqꝫ fata lis ex prouidentie ſimplicitate procedit. Sicut enim artifex faciende rei formam mente percipiens mouet operis effectum ⁊ quod ſimpliciter preſentarieqꝫ proſpexe rat per temporales ordines ducit: ita deus prouidentia quidem ſingulariter ſtabili terqꝫ facienda diſponit: fato vero hec ipſa que diſponit multipliciter ac temporali ter amminiſtrat. Siue igitur famulanti bus quibuſdam prouidentie diuinis ſpiri tibus fatum exerceatur: ſeu anima: ſeu to

Notandum ꝙ prouidentia diuina habet eſſe in prima cauſa: fatum vero ī rebus cau ſatis. Item prouidentia diuina habet motum vnicum: quia eſt in vno ſimplici ſcili cet in mente diuina. fatum autem habet motum pluralitatis: quia in pluribus cauſa tis habet eſſe. Item fatum dependet a prouidentia diuina ſicut effectus a ſua cauſa: ſed non econuerſo. Sicut enim forma rei artificialis dependet a forma preexiſten te in mente artificis ⁊ non econuerſo: ſic fatum dependet a prouidentia diuina: non au tem ecōuerſo. Siue igitur famulantibus. Hic ponit diuerſas opiniones circa fatum ⁊ dicit. Siue fatum exerceatur quibuſdam diuinis ſpiritibus famulantibus diuine ꝓ uidentie: ſiue exerceatur anima: ſiue tota natura inſeruiēte: ſiue exerceatur motibus ce leſtibus ſyderum id eſt corporum celeſtium: ſiue angelica virtute: ſiue demonum ſoler tia: ſiue aliquibus hominum vel omnibus hoc eſt incertum: tamen iſtud eſt certe manife ſtum prouidentiam diuinam eſſe immobilem ⁊ ſimplicem formam rerum gerendarum id eſt fiendarum: ſed fatum eſſe mobilem nexum id eſt diſpoſitionem ⁊ ordinem tempo ralem eorum que diuina ſimplicitas diſponit eſſe gerenda id eſt producenda.

Notandum ꝙ fatum eſt temporalis diſpoſitio rerum inquātum ea que prouiſa ſunt a deo producuntur ad effectum mediantibus cauſis ſecundis amminiſtrātibus: de q̄ bus cauſis diuerſe fuerunt opiniones: quas Boe. tangit in littera: ſed nullam earum





affirmat. Nam quidam antiquorum dicebant fatum exerceri mediantibus diuinis ſpi ritibus deo famulantibus. Alij dicebant ipſum exerceri ab anima mundana: ſicut pla tonici quod alij exponunt de anima humana: quia per ipſam tanꝙ per cauſam ſecun dam exercentur actus liberi arbitrij qui ſub prouidentia diuina cadunt. Alij dixerunt fatum exerceri tota natura inſeruiente intelligentes per totam naturam complexioneꝫ omnium elementorū. Alij dicunt fatum exerceri mo tibus corporum celeſtium ſicut aſtrologi. Alij per va riam ſolertiam demonuꝫ. ⁊ dicuntur demones ī pro poſito ſpiritus habitātes circa humectam partem aeris ſecundum doctrinā quorundam platonicoruꝫ qui dicuntur cacodemo nes id eſt malum ſcientes Alij dicunt fatum exerceri angelica virtute. Ubi no tandum ꝙ in prima opi nione fatum dicitur exer ceri mediantibus ſpiriti bus deo famulātibus: qđ eſt intelligendum de ſpiri tibus omnia diſponenti bus: ſed immobiliter per manentibus. Quod autē dicitur in quinta opinio ne fatum exerceri virtute angelica: intelligendum eſt de angelis ſiue ſpiritibus applicantibus ſe diuerſis locis miſſis in miniſterium. An gelus enim nuncius interpretatur: ⁊ eſt nomen officij non nature ſecundum beatum Gregorium.

ta inſeruiente natura: ſeu celeſtibus ſyde rum motibus: ſeu angelica virtute: ſeu de monum varia ſolertia: ſeu aliquibus ho rum: ſeu omnibus fatalis ſeries texitur: il lud certe manifeſtum eſt immobilem ſim plicemqꝫ gerendarum formam rerum eſſe prouidentiam. fatum vero eorum que di uina ſimplicitas gerēda eſſe diſpoſuit mo bilem nexum atqꝫ ordinem temporalem. Quo fit vt omnia que fato ſubſunt pro uidentie quoqꝫ ſubiecta ſint: cui etiam ip ſum ſubiacet fatum: Quedam vero que ſub prouidentia locata ſunt fati ſeriem ſu perent. Ea vero ſunt que prime propin qua diuinitati ſtabiliter fixa fatalis ordi nē mobilitatis excedunt.

Quo fit vt omnia. Hic infert quandam concluſionem circa fatum et prouidentiam. Secundo declarat eam in exemplo. ibi. Nam vt orbium. Primo dicit. ex quo dictum eſt fatum dependere a prouidentia diuina: quo fit id eſt ex quo ſequitur vt omnia que ſubſunt id eſt ſubiacent fato: etiam prouidentie ſunt ſubiecta: cui etiam prouidentie ipſum fatum ſubiacet: ſed non econuerſo: quia quedam que locata ſunt ſub prouidentia ſuperent ſeriem fati ſcilicet ea que immediate per deum amminiſtran tur: ſicut creatio rerum ⁊ glorificatio creaturarum rationalium. ea vero que ſunt pro pinqua prime diuinitati ſtabiliter fixa id eſt immobilia: hec excedunt ordinem fatalis mobilitatis id eſt mutabilitatis.

Notandum ꝙ quia fatum dependet a prouidentia ſicut effectus a ſua cauſa: neceſſe eſt illa que dependent a fato: etiam a prouidentia dependere. non autem econuerſo: qꝛ effectus non adequatur ſue cauſe. Prouidentia autem ad diuinum intellectuꝫ ſpectat: fatum vero ad ea que in creaturis geruntur.

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

Nam vt orbium. Hic declarat illam concluſionem per exemplum dicens quomodo quedam ſubiacent fato magis: quedam minus: ⁊ quedam totaliter excedunt fatum. Secundo ex dictis concludit habitudinem fati ad prouidentiam per quedam ſimilia ibi. Igitur vti eſt. dicit primo, nā ſicut orbiū id eſt circulorum: vertentium id eſt mouētium: ſeſe circa eundem cardinem id eſt axem: ille q̄ eſt intimus. i. vicinior ſiue proximior axi: accedit ad ſimplicitatē medietatis id eſt axis vel cētri: quia tardiori motu mouetur: ⁊ ideo magis accedit ad immobilitateꝫ axis: ⁊ iſte circulus reſpectu exterioris habet ſe ad modum centri circa quod exterior ꝟſatur. vnde ſubdit quod eſt veluti quidaꝫ cardo id eſt centrum ceterorumqꝫ orbium extra locatorum circa quem verſentur. Sicut mediolus i rota adheret axi ⁊ eſt ſicut cardo quidam circa queꝫ voluuntur canti ⁊ radij. Extimus vero id eſt vltimus orbis exterior rotatus id eſt motus maiore ambitu: tanto explicatur amplioribus ſpacijs: quāto diſcedit a media indiuiduitate puncti id eſt centri. Siquid vero illi medio ſe connectat: illud cogitur id eſt compellitur: in ſimplicitateꝫ id eſt immobilitatem axis: ⁊ ceſſat diffundi ⁊ diffluere per magnum ſpacium. Similiter ratione illud quod longius a prima mēte diſcedit ſicut creature corruptibiles maioribus nexibus fati implicatur: ⁊ tāto magis aliquid eſt liberum a fato: quanto vicinius petit id eſt accedit illum cardinē rerum ſcilicet deum. quod ſi firmitati ſuperne mentis heſerit ſupergreditur neceſſitatem fati.

Nam vt orbium circa eundem cardinem ſeſe vertentium qui eſt intimus ad ſimplicitatem medietatis accedit. Ceterorumqꝫ extra locatorum veluti cardo quidam circa queꝫ verſentur exiſtit. extimus vero maiore ambitu rotatus quanto a puncti media indiuiduitate diſcedit: tanto amplioribus ſpacijs explicatur. Siquid vero illi ſe medio connectat ⁊ ſociet ⁊ in ſimplicitatē cogitur diffundiqꝫ ac diffluere ceſſat. Simili ratione quod longius a prima mente diſcedit: maioribus fati nexibus implicatur: ac tanto aliquid fato liberum eſt: quāto illum rerum cardinem vicinius petit: Quod ſi ſuperne mentis heſerit firmitati motu carens: fati quoqꝫ ſupergreditur neceſſitatem. Igitur vti eſt ad intellectum ratiocinatio ad id quod eſt id

Notandum quantomagis entia ſunt propinqua primo cauſato minus ſunt mutabilia: ⁊ quanto remotiora tantomagis mutabilia. quod declarat philoſophia exemplo diuerſorum circulorum ab eodem centro ductorum: in quibus circulus remotior a centro eſt maior ⁊ velocius mouetur: quia maius ſpacium pertranſit in equali tempore. Qui autem eſt vicinior centro minor eſt ⁊ tardius mouetur minus ſpacium pertrāſeundo. circuli vero medij medio modo ſe habent: ⁊ eſt optima comparatio centri circuli ad creatorem. ſicut enim centrum eſt indiuiſibile ⁊ ab ipſo poſſent plures circuli procedere: ita creator vnus ⁊ indiuiſibilis exiſtens infinita creat ⁊ gubernat.





Igitur vti eſt. Hic philoſophia concludit habitudinem fati ad prouidentiam diuinam per quedam ſimilia. ⁊ dicit. ſeries fati ita eſt id eſt ita ſe habet ſtabileꝫ ſimplicitatē diuine prouidentie: vti pro ſicut ratiocinatio ſe habet ad intellectum. Ubi ſciendum ꝙ illud quod intellectus ſimplici veritate intelligit. ratiocinatio per modum diſcurſus ⁊ ſucceſiue apprehendit, etiam fatum ſe habet ad prouidentiam ſicut illud quod gignitur habet ſe ad illud quod eſt. Ubi ſciendū ꝙ illud qđ gignitur eſt in quadaꝫ fluxibilitate ⁊ motu: quod vero actu eſt genitum eſt in quadam permanentia. etiam habet ſe fatum ad prouidentiam: ſicut tempus ad eternitatem. Ubi ſciendum ꝙ in tempore eſt ſucceſſio partium temporis preſentis preteriti ⁊ futuri Eternitas autem eſt ſine ſucceſſione tota ſimul exiſtens. Item fatum habet ſe ad prouidentiam ſicut circulus ad medium punctum. Ubi ſciendum ꝙ circulus diſtēditur ⁊ per partes diuiditur mobilis exiſtens. punctum autem eſt immobile et indiuiſibile: quia ex primo euclidis. Punctum eſt cuius pars non eſt. Ea ſeries celuꝫ ac ſydera. Hic philoſophia oſtendit que ſint illa que fato diſponuntur. Secundo concludit ꝙ illa que intellectui cōfuſa videntur in diuina gubernatione ſunt rationabiliter ordinata. ibi. Quo fit Primo dicit. eas ſeries fati de qua dictum eſt mouet celum ac pro et ſydera: temperat elementa in ſe inuicem; ne totaliter ſe corrumpāt: ⁊ tranſformat ipſa alterna commutatione: ita ꝙ ex aqua fiat aer ⁊ econuerſo: ⁊ eadem ſeries fati renouat omnia naſcentia ⁊ occidentia id eſt mouentia per ſimiles progreſſus fetuum quo ad animalia: ⁊ ſeminum quo ad vegetabilia: et fatum etiam conſtringit indiſſolubili connexione cauſaruꝫ actus id eſt operationes ⁊ fortunas hominum: que omnes res cum proficiſcantur id ē procedant ab exordijs diuine prouidentie neceſſe eſt ipſas eſſe immutabiles. Ita eniꝫ res optime reguntur id eſt gubernantur: ſi ſimplicitas manens in diuina mente ꝓmat id eſt explicet: indeclinabileꝫ id eſt immutabilem ordinem cauſarum. Hic autem ordo diuine prouidentie coherceat propria incommutabilitate res mutabiles: ⁊ alioquin temere id eſt caſualiter fluituras.

quod gignitur ad eternitatem tempus ad punctum medium circulus: ita eſt fati ſeries mobilis ad prouidentie ſtabilem ſimplicitatem. Ea ſeries celum ac ſydera mouet elementa in ſe inuicem temperat: et alterna cōmutatione tranſformat. Eadem naſcentia occidentiaqꝫ omnia per ſimiles fetuum ſeminumqꝫ renouat progreſſus. Hec actus etiam fortunaſqꝫ hominum indiſſolubili cauſarum connexione conſtringit. que cum ab immobilibus prouidentie proficiſcātur exordijs: ipſas quoqꝫ īmutabiles neceſſe eſt eſſe. Ita enim res optime regūtur: ſi manēs ī diuina mēte ſimplicitas īdeclinabileꝫ cauſarum ordinem promat. Hic vero ordo res mutabiles et alioquin

Notandum ꝙ fatum conſideratur dupliciter. Uno modo vt eſt in cauſis ſecundis quarum ordo ⁊ diſpoſitio dicitur fatum: ⁊ ſic fatum eſt mobile: ⁊ res fato ſubiacentes ſunt mobiles. Alio modo conſideratur fatum ſecundum ꝙ dependet a prouiden-

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

cia diuina que omnino immobilis eſt: ⁊ ſic fatum ſortitur imobilitatem: ⁊ ſic etiam res fatales: vt ſic ſecundum ſubſtantiam ſunt immobiles. Notandū ꝙ ſi aliquid poſſit declinare ab ordine prouidentie: tunc prouidentia diuina deficeret a ſuo effectu: ⁊ hoc redundaret in impotentiam regentis. Et ſi dicis ſi omnia ſubiacent prouidentie diuine: ergo omnia eueniunt ex neceſſitate. Dicendum ꝙ non: quia deus prouidet res ſicut ſunt future: quedam prouidet neceſſario euenire: ⁊ quedam contingenter: ⁊ de hoc videbitur magis in quinto huius.

Quo fit. Hic philoſophia oſtēdit ꝙ ea que apparēt in rebus confuſa in diuina gubernatione ſunt ordinata dicēs. Quo fit id eſt ex hoc ꝙ diuina prouidentia ineuitabilem ordinem rebus conſtituit: ſequitur vt ⁊ ſi vobis valētibus conſiderare hunc ordinez rerum videantur nobis omnia confuſa ⁊ perturbata: nihilominus tamē modus ſuus id eſt ordo proprius diuine prouidentie diſponit cuncta dirigens ea ad bonum. nihil enīz eſt quod cauſa mali: nec etiā ab ipſis improbis quos bonum querentes prauꝰ error euertit vt prius demonſtratū eſt: nedūz id eſt multominus ordo fatalis proficiſcens de cardine ſummi boni id eſt ab ipſo deo: deflectat a ſuo exordio id eſt a deo qui eſt finis ⁊ principium omnium.

tenere fluituras propria incommutabilitate cohereat. Quo fit vt tametſi vobis hunc ordinem minime conſiderare valentibus confuſa omnia perturbataqꝫ videātur: nihilominus tamē ſuus modus ad bonum dirigens cuncta diſponit. Nihil eſt enim quod mali cauſa nec ab ipſis quidez improbis fiat quos vt vberrime demōſtratuz eſt bonū querentes prauus error euertit: nedū ordo de ſummi boni cardine proficiſcens a ſuo quemꝗ̄ deflectat exordio. Que vero īquies poteſt vlla iniquior eſſe confuſio: ꝗ̄ vt bonis tum aduerſa tum proſpera: malis etiam tum optata tum odioſa contingant. Num igitur ea mentis integritate homīes degunt: vt quos probos improboſue cenſuerint: eos quoqꝫ vti exiſtimāt eſſe neceſſe ſit. Atqui in hoc hominū iudicia depugnant: vt quos alij premio

Notandum ꝙ dicit malos nihil facere cauſa mali: cuius oppoſitum patet. multi enim mali ſeipſos interimunt. dicendum ꝙ nullus operatur reſpiciens ad maluz: quia omnia bonum appetunt. Si autem quis malum operatur: hoc contingit ſub fantaſia boni. Nam aliquis in magna anxietate exiſtens eſtimat eſſe bonum fugere anxietatem: ⁊ nihil aliud ipſe conſiderans ſequitur hanc eſtimationem ſeipſuz interficiens: ⁊ talis priuans ſe bono ducitur fantaſia boni: quia pro tunc putat bonum eſſe effugere anxietatem priuatione vite.

Que vero inquies poteſt vlla iniquior eſſe cōfuſio. Hic philoſophia ſoluit queſtionē quare bona malis ⁊ mala bonis cōtingant. Et primo hoc oſtēdit in generali. ſecūdo magis in ſpāli ibi. Sed ſit aliq̄s. Primo aſſignat cām predicti accidētis ex defectuoſo iudicio hominū. ſecūdo ex contrario iudicio dei ⁊ hominū ibi. Nam vt pauca. Primo facit quod





dictum eſt. Secundo declarat per ſe ſimile. ibi. Non enim diſſimile. Primo dicit O. B. tu inquies que poteſt eſſe vlla iniquior confuſio ꝗ̄ vt bonis aliquando proſpera aliquando aduerſa eueniant: cum ſemper bonis deberent proſpera euenire ⁊ malis per contrarium: aliquando contingat optata: aliquando odioſa: cum ſemper malis deberent odioſa euenire. dicit philoſophia. Num pro nunquid homines degunt id eſt viuunt ea integritate id eſt integro iudicio mentis: vt neceſſe ſit eos eſſe probos vel improbos: quos ipſe cenſuerint id eſt iudicant eſſe tales. Atqui pro certo in hoc depugnant id eſt contrariantur iudicia hominum: vt quos alij premio: alij arbitrātur dignos ſupplicio. ſed concedamus vt aliq̄s poſſit diſcernere bonos vel pro vel malos. Num pro nunquid ipe poterit intueri: illam intimam temperiem. i. interiorem conditionem ⁊ qualitatē animorū veluti ſolet dici in corporibus. q. d. Ego loquor de animis ſecunduz ꝙ homines conſueuerūt loqui de corporibus. Notanduz ꝙ propter defectuoſum iudicium hominum contingit ꝙ iudicant eos eſſe bonos qui mali ſunt ⁊ econuerſo. ſi ergo iudicant malos eſſe bonos ⁊ ſi illis eueniāt mala: putāt bonis euenire mala: ⁊ ſi bonis quos iudicant malos eueniant bona: putant malis euenire bōa. Et iō etiam ſepe putant bonos deprimi cum mali deprimuntur iudicantes malos eſſe bonos: ⁊ putant malos extolli cum boni extolluntur: quia iudicant bonos eſſe malos.

alij ſupplicio dignos arbitrantur. Sed concedamus vt aliquis poſſit bonos maloſue diſcernere. Num igitur poterit intueri illā intimam temperiez velut in corporibus dici ſolet animorum. Non enim diſſimile eſt miraculuz neſcienti cur ſanis corporibus his quidem dulcia: illis vero amara conueniant. Cur egri etiam quidam leuibus: quidam vero acribus adiuuantur. Ad hoc medicus qui ſanitatis ipſius atqꝫ egritudinis modum temperamentūqꝫ dinoſcit minime miratur. Quid vero animorum aliud ſalus videtur eſſe ꝗ̄ probitas. Quid egritudo ꝗ̄ vicia. quis enim alius vel ſeruator bonorum vel malorum depulſor ꝗ̄ rector ac medicator mē

Non enim diſſimile eſt miraculum. Hic philoſophia declarat ſe per ſimile dicens. Iſtud miraculum non eſt diſſimile: imo eſt valde ſimile ad propoſitum neſcienti alicui cur ſanis corporibus his conueniant dulcia: his amara: etiam neſcienti alicui cur quidam egri adiuuantur leuibus quidam acerbis: licet hoc videatur mirum neſcienti. tamen medicus de hoc minime miratur: qui dignoſcit modum ⁊ temperamentum ſanitatis ipſius egri ⁊ cauſam egritudinis. ſicut ſimiliter licet homo ignoret quid conueniat bonis ⁊ malis: tamen deus qui eſt ſcrutator cordium iſta cognoſcit videns ꝙ bonis aliquando cōueniunt aduerſa: malis quādoqꝫ proſpera: ideo ſic eis diſtribuit. ⁊ hoc ē qd̄ ſubdit applicando ſimilitudinem ad animum dicens. Quid enim aliud videtur id eſt apparet eſſe ſalus animorum ꝗ̄ probitas. Quid aliud eſt egritudo animoruz ꝗ̄ vicia. Et quis alius ſcrutator eſt bonorum ⁊ depulſor malorum: ꝗ̄ deus rector ⁊ medicator mentium. Qui cum reſpicit ex alta ſpecula prouidentie: ipſe cognoſcit quid vnicuiqꝫ cō

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ueniat:⁊ qꝺ iam non conuenire hoc accomodat: hinc id eſt ex hoc quod dictum eſt fit inſigne miraculum oꝛdinis: fatalis id eſt fit illud quod admirantur homines in oꝛdine fatali: cum ſciente id eſt a deo: illud geritur id eſt fit quod ignoꝛātes: ſtupeant id eſt admirantur. Notandum ꝙ eſt bona comparatio ſanitatis ⁊ egritudinis coꝛpoꝛalis ad medicum: ⁊ pꝛobitatis ⁊ vicij animoꝛum ad deum. ſicut enim medicus cognoſcēs cauſas ſanitatis ⁊ egritudinis ſcit quid conueniat ſano ⁊ egro alijs ignoꝛantibus ⁊ mirantibus: Sic deus cognoſcens qualitatem animoꝛū ſcit quid bonis conueniat ⁊ quid malis: ⁊ vnicuiqꝫ ſibi cōueniens tribuit quandoqꝫ malis pſpera: bonis aduerſa de quo ſtupēt ignoꝛātes.

Notandum ꝙ ſpecula dicitur locus altus aptus ad circumſpiciendū. ⁊ quia deus per pꝛouidētiā omnia circumſpicit: ideo ſimilitudinarie ipſa pꝛouidentia dicitur ſpecula.

Notādum ꝙ quia homines ignoꝛant qui ſunt boni vel mali: ignoꝛāt etiam quid vnicuiqꝫ conueniat: ideo aliqua creduntur conuenire bonis que ſecundum iudicium dei eis non conueniunt: ⁊ ideo homines mirantur quare deus eis non attribuat que videntur eis attribuenda. Ideo dicit philoſophia ex dictis contingit hoc miraculum ꝙ ignoꝛantes ſtupent que fiunt a deo ſciente.

tium deus. Qui cum ex alta pꝛouidentie ſpecula reſpicit qꝺ vnicuiqꝫ conueniat agnoſci: ⁊ quod cōuenire nouit accomodat: hinc iam fit illud fatalis oꝛdinis inſigne miraculum: cum a ſciente geritur quod ſtupeant ignoꝛantes. Nam vt pauca que valet ratio humana de diuina pꝛofunditate accipere perſtringam: de hoc quem tu iuſtiſſimum ⁊ equi ſeruantiſſimū putas: omnia ſcienti pꝛouidentie diuerſum videtur ⁊ victricem quidem cauſam dijs. Victā vero Cathōi placuiſſe familiaris noſter Lucanus ammonuit. Hic igitur quicquid citra ſpem videas geri rebus quidēꝫ rectus oꝛdo eſt: opinioni vero tue peruerſa con-

Nam vt pauca. Hic philoſophia oſtendit ꝙ bonis mala ⁊ malis bona contingūt ex contrario iudicio dei ⁊ hominum dicens. Vt ego pauca perſtringam que humana ratio valet accipe de diuina pꝛofunditate illud ſupple declarabo. O Boeti de hoc ſupple homine quem tu putas eſſe iuſtiſſimum ⁊ ſeruantiſſimum equi id eſt equitatis diuerſum: videtur id eſt aliter videtur pꝛouidentie ſcienti omnia id eſt deo: quod confirmat auctoꝛitate Lucani: qui deſcribens bellum inter Pompeiū ⁊ Iuliū Ceſarēꝫ cōquereretur ab eo: cuius cauſa eſſet iuſtioꝛ dixit. victrix cauſa dijs placuit: ſed victa Cathoni. vnde dicit victricem cauſam ſcilicet Iulij ceſaris placuiſſe dijs: victaꝫ vero cauſam ſcilicet Pompeij placuiſſe Cathoni ammonuit Lucanus noſter familiaris. ex quo concludit ea que contra ſpem hominum veniunt eſſe confuſionem in opinione hominum: non tamen in re dicens. Quicquid igitur videas: geri id eſt fieri vel euenire contra ſpem hominis cauſam ignoꝛantis: id in rebus eſt rectus oꝛdo ſe opinioni tue eſt peruerſa confuſio.

Notandum ꝙ Catho vticenſis pꝛopter ſuam ſapientiam ⁊ virtutēꝫ maxime fuerat auctoꝛitatis in populo. Cum autem Iulius pugnaret contra Pompeium Catho iudicauit Pompeium eſſe iuſtum attribuens ſibi cauſam victricem. Alij autem iudicabāt Iulium eſſe iuſtum attribuentes ſibi cauſam victricem. ex quo patet ꝙ de eodem contrario modo iudicabant dij ⁊ homines ſapientes qui Cathonem ſequebantur.

fuſio. Sed ſit aliquis ita bene moꝛatus: vt de eo diuinum iudicium pariter humanūqꝫ conſentiat: ſed eſt animi viribus infirmus: cui ſiquid eueniat aduerſi: deſinet colere foꝛſitan innocentiam per quaꝫ non potuit retinere foꝛtunam. Parcit itaqꝫ ſapiens diſpenſatio ei quem deterioꝛēꝫ facere poſſit aduerſitas: ne cui non conuenit laboꝛare patiatur.

Eſt alius cunctis virtutibus abſolutus ſanctuſqꝫ ac deo pꝛoximus. Hunc contingi quibuſlibet aduerſis nephas pꝛoui-

Sed ſit aliqs. Hic philoſophia aſſignat cauſas ſpeciales quare bōis ⁊ malis indifferenter eueniunt nunc pꝛoſpera nūc aduerſa. Secundo excuſat ſe de amplioꝛi ptractatione huiuſmodi cauſarum. ſecunda ibi. Neqꝫ eniꝫ pbas. pꝛimo declarat intentum ſuum de bonis. ſecundo de malis. ibi. Nam id quoqꝫ Pꝛimo aſſignat cauſam quare aliquibus bonis nō eueniunt mala. Secundo quare aliquando contingunt eis mala. ibi. Alijs mixta. Pꝛimo oſtēdit quare bonis non contingant mala. ſecundo quare contingant eis quandoqꝫ bona. ibi. Fit autem. Pꝛimo aſſignat duas cauſas quare bonis nō eueniant mala. Secūda. ibi. Eſt alius. Pꝛima cauſa eſt infirmitas animi alicuius boni cui ſi adueniret aduerſitas ipſe deterioꝛaretur. vnde dicit in littera. Sed ſit id eſt ponamus ꝙ aliquis ſit ita bene moꝛatus id eſt moꝛigeratus ꝙ diuinum ⁊ humanum iudicium conſentiant de eo: foꝛſan ipſe eſt infirmus viribus animi non potens reſiſtere aduerſitatibus. Cui ſi eueniat quid id eſt aliquid aduerſi: foꝛſitan deſinet colere innocentiam id ē exercere virtutem: per quam non potuit id eſt nequi̅uit retinere foꝛtunam: quia imputabit ſue innocentie ꝙ pꝛoſperitas ſua receſſit: quemadmodum legitur de Iob cui vxoꝛ ſua impꝛopabat dicens. Adhuc permanens in ſimplicitate tua benedic deo ⁊ moꝛere. parcit itaqꝫ illi ſapiens diſpenſatio id eſt pꝛouidentia dei: queꝫ aduerſitas poſſit facere deterioꝛem: nec patiatur eum laboꝛare aduerſitate cui non conuenit.

Notandum ꝙ quidam boni ſunt ita imbeciles animi ꝙ ex modica temptatione aduerſitatis mutarētur: quod vidēs deus parcit ipſis: ne eos aduerſitate deijciat. Vnde apoſtolus. Fidelis deus qui non patitur vos temptari vltra id quod poteſtis.

Eſt alius cunctis virtutibus abſolutus. Hic aſſignat aliam cauſam quare quibuſdam bonis non adueniant mala dicens. Eſt alius homo abſolutus id eſt perfectus cunctis virtutibus ⁊ ſanctus ⁊ pꝛoximus deo: hunc hominem contingi id eſt tangi quibuſlibet aduerſis pꝛouidentia ſupple diuina: iudicat nephas a deo id eſt intantū: vt nec ſignat ipſum agitari moꝛbis coꝛpoꝛis. quod confirmat auctoꝛitate cuiuſdaꝫ philoſophi dicens. Nam vt ait quidam phus excellentioꝛ me: cuius auctoꝛitatem ponit in

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

greco que tantū ſonat in latino. Corpora ſua viri ſancti id eſt ſacri edificauerunt virtutes ſupple preſeruando ipſa ab aduerſis. Autem pro ſed verus vir ſacerdotalis non laborat ſupple in proſperis. Nota ꝙ ſecunda cauſa quare aliquibus non aduenit aduerſa eſt excellens ſanctitas ipſorum. ſicut enim deus excellenter malos non tantum punit in futuro: ſed ēt in preſenti ab aduerſitate cuſtodit. Notandū quare

dentia iudicat: adeo vt nec corporeis quidem morbis agitari ſinat. Nam vt quidā me quoq̧ excellentior ait,

Vir autem ſacerdotalis verus non laborat. ſancti viri corpora autem ſua edificauerunt virtutes. Fit autem ſepe vti bonis ſumma reruꝫ gerenda deferatur: vt exuberans retūdatur improbitas. Alijs mixta quedam pro animorum qualitate diſtribuit. Quoſdam remordet: ne longa felicitate luxurient. Alios duris agitari: vt virtutes animi patientie vſu atqꝫ exercitatione confirment. Alij plus equo metuunt quod ferre poſſunt. Alij plus equo deſpiciunt qđ ferre nō poſſunt. Hos in experimentū ſui triſtibus ducit. Nōnulli venerēdū ſeculi nomē glorioſe precio mortis emerūt.

philoſophia dicat quidā excellētior me dicit: cū nullus ſit excellētior philoſophia. dicendum ꝙ littera ſic debet exponi. Naꝫ quidam philoſophus excellētior alijs philoſophis me id eſt per me philoſophiā dicit. Fit aūt ſepe. Hic oſtendit quare bonis ſepe ꝯtingant bona dicēs. Fit autem id eſt cōtingit ſepe; vt ſumma rerum gerēda id eſt pricipatus gerendi res; deferatur id eſt cōcedatur; bonis id eſt ꝓbis: non tantum propter vtilitatem bonorū hominū: ſed vt improbitas exuberans id eſt abundans malorum; retūdatur id eſt compeſcatur vel reprimatur. Tunc aſſignat cauſaꝫ quare bonis quādoqꝫ cōtingant mala dicēs. Alijs id eſt bonis deus diſtribuit quedā mixta id eſt nūc bona nunc mala pro qualitate animorum: quoſdā enim bonos deus remordet aduerſitatibus: ne luxurient id eſt ſuperbiant: longa felicitate id eſt proſperitate. Alios bonos patitur agitari id eſt vexari: duris id eſt aduerſitatib⁹: vt virtutes animi ipſorum confirment vſu ⁊ exercitatione patientie: vt patet in Job. Alij plus equo metuunt quod bene ferre poſſunt: ſicut Thomas formidauit ingreſſum in die dicens. Domine mitte me quo vis preterꝙ ad indos. Alij plus equo deſpiciunt quod ferre nō poſſunt: quia quaſi preſumendo deſpiciunt temptationes quas tamen ferre non poſſunt: vt ſanctus petrus qui dixit. Et ſi oportuerit me mori tecum non te negabo: qui ad temptationem ⁊ accuſationem ancille chriſtum negauit. hos vtroqꝫ ducit id eſt temptat: triſtibus id eſt aduerſitatibus: in experimentum ſui id eſt in recognitionem ſui: vt ſciant quid poſſint ⁊ quid non poſſint: ⁊ nonnulli id eſt aliqui emerunt precio mortis venerandum nomen ſeculi ſicut martyres: quidaꝫ inexpugnabiles ſupplicijs pertulerūt ceteris exemplum virtutem eſſe inuictam a malis; que omnia ꝙ recte ⁊ diſpoſite fiant





ex eorum bono quibus accedere videntur nulla eſt dubitatio. Notandum ꝙ quidam plus timent ꝙ timere deberent aliquam aduerſitatem: de quibus dicitur in pſalmo. Trepidauerunt timore vbi non erat timor: talibus deus immittit aduerſitates quibus reſiſtunt: vt cognoſcant ſe gratia dei poſſe reſiſtere ei quod timebant. Alij autem preſumentes de proprijs viribus deſpiciunt temptationes quaſi potentes reſiſtere eis: illis deus temptationē immittit ⁊ permittit eos ſuccumbere: vt cognoſcāt ꝙ fragilis ſit humana natura ſine diuina gratia.

Quidam ſupplicijs inexpugnabiles exēplum ceteris pertulerunt inuictam malis eſſe virtutem. Que ꝙ recte atqꝫ diſpoſite ⁊ ex eorum bono quibus accedere videntur fiant: nulla dubitatio eſt. Nam illud ꝙ quod improbis nunc triſticia: nunc optata proueniunt ex eiſdem ducitur cauſis. Ac de triſtibus quidem nemo miratur ꝙ eos malo meritos omnes exiſtimant quorum quidem ſupplicia: tum ceteros ſceleribus deterrent: tum ipſos quibus inuehuntur emendant. Leta vero magnum bonis argumentuꝫ loquuntur: quid de huiuſmodi felicitate debeant iudicare: quam famulari ſepe improbis cernant. In qua re illđ

Nam illud quoq̧. Hic aſſignat cauſas quare malis quandoq̧ bona quandoq̧ mala ꝯtingāt. ⁊ primo oñdit quare malis ꝯtigāt mala. Secūdo q̄re bona ibi. Leta vero. ꝑmo dicit. Ex eiſdem cauſis ducitur id eſt probatur ꝙ improbis nunc proueniunt triſtia: nunc optata; ſed de triſtibus que malis eueniunt nemo miratur: q̄a omnes exiſtimant eos: ſciliçꝫ malos eſſe meritos .i. dignos malo: quorum malorū ſupplicia ceteros deterrent id eſt terrore retrahunt a ſceleribus: ⁊ ipſos ſcilicet malos emendant quibus inuehuntur ſupplicia. Notandum ꝙ philoſophia innuit tres cauſas quare malis eueniunt mala. Prima eſt: quia omnes homines eſtimant eos dignos malo. Secunda quia per ſupplicia malorum alij a malo retrahunt. Tertia cauſa eſt: quia mali ſupplicijs emendantur. Leta vero magnuꝫ bonis argumētum loquuntur. Hic aſſignat cauſas quare malis bona eueniant. Secundo ſoluit tacitam obiectionem ibi. Nam vt probis. primo dicit. Leta vero id eſt proſpera que malis eueniunt: loquuntur id eſt iudicant bonis magnum argumentum quid iudicare debeant de huiuſmodi felicitate quam ſepe cernant famulari improbis. habēt enim probi ex hoc certiſſimum argumentum ꝙ illa non eſt vera felicitas que malis aduenit: ſed falſa deceptio. Tunc aſſignat primam cauſam quare deus malis concedit bona ⁊ proſpera: qui quidem mali per proſpera preſeruantur a peioribus ſceleribus ne fiant fures vel raptores. ⁊ dicit. In qua re ꝙ malis eueniant proſpera: illud credo diſpenſari id eſt diſpenſatione ordinari: ꝙ forſitan natura alicuius mali eſt tam preceps ad malum ⁊ importuna: vt inopia rei familiaris id eſt paupertas poſſit eum exacerbare id eſt prouocare in ſcelera ſcilicet ad furtum vel ad rapinam: huius morbo diuina prouidentia medetur remedio collate pecunie. Tunc aſſignat ſecundam cauſam talem: ꝙ idō malis eueniunt proſpera vt proſperitate emendent vitam: quam timentes ne propter maliciam amittant proſperitatem. vnde dicit. Hic id eſt aliquis malus; ſpectās id eſt

r

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

conſiderans conſcientiam ſuam fedatam probris id eſt maculatam vicijs: ⁊ ipſe com-
parans ſecum fortunam id eſt proſperitatem ſuam: forſitan pertimeſcit ne cuius rei ſci-
licet proſperitatis iocundus eſt ei vſus illius fiat triſtis amiſſio: ⁊ dum metuit am-
mittere fortunã: mutabit mores ⁊ derelinquet nequitiam. Tũc ponit tertiã cauſã di.
alijs malis aduenit proſperitas vt incidãt maiorem miſeriam aduerſitatis: qui.. ſicut
dictum fuit ſecundo libro
proſa quarta. In omni ad-
uerſitate fortune infeliciſ-
ſimum genus infortunij eſt
fuiſſe felicẽ. vñ dicit in litte-
ra ꝙ felicitas idigne aucta
Alia littera habet acta id ẽ
inducta alios malos preci-
pitauit in meritam cladẽ
id eſt miſeriam: ⁊ addit ꝙ
quibuſdam malis permiſ-
ſum eſt id eſt conceſſum eſt
ius puniẽdi id eſt poteſtas
vt ſit bonis cauſa exercitij
in virtutibus ⁊ patientia:
⁊ malis ſit cauſa ſupplicij.
Nota ꝙ felicitas quoſ-
dam precipitat in cladem
aduerſitatis. vnde Sama-
rieñ. Promouet iuſtos for-
tuna volubilis: vt quos
Scãdere precipites fecit:
ad yma rotet. Nam grauio-
re ruit turris tumefacta rui-
na. Et grauius pulſat alta cypreſſus humum. Et notandũ ꝙ boni per aduerſitates in
virtutibus et patientia exercentur. vnde idẽ pauper Henricus. Aſpera ferre decet ma-
turãt aſpera mentẽ. Et bene natura plenius vna facit. Per nimios eſtus gelidas trã-
ſitur ad vndas. Sicq; per oppoſitum dulcia querit homo. Nam vt probis atq;
improbis. Hic ſoluit quandam obiectionem. ſecundo infert quandam concluſionem.
ibi. Ex quo ſepe. Primo dicit. Aliquis diceret dixiſti ꝙ malis eſt conceſſum ius puni-
endi vt ſint cauſa ſupplicij alijs malis. hoc non videtur verum: quia malus non punit
malum cum ſint ſimiles. hoc ſoluit philoſophia dicens. Sicut probis ⁊ improbis nul-
lum eſt fedus id eſt concordia: quia ſemper inuicem contrariantur: ita ipſi improbi ne-
queant inter ſe conuenire. Quid ni id eſt quare non eſſet ita: cum quiq; id ẽ quilibet ma-
li diſſentiant a ſemetipſis: vicijs diſcerpentibus id eſt: diſtrahentibus conſcientiam ip-
ſorum: ⁊ ſepe mali faciant que cum geſſerint id eſt fecerint: decernant id eſt iudicent: nõ
fuiſſe gerenda id eſt facienda.
Notandum ꝙ intantum aliquis eſt bonus inquantum ſeruat ordinem in vltimum
finem: qui finis eſt ſummum bonum: ⁊ quia illum finem in ordinem omnes boni ſer-
uant: ideo oẽs boni in eo quod boni ſunt inuicem concordant: mali autem quia hũc or-
dinem conſeruant ⁊ a ſemetipſis diſcordant mutuo ſibi concordare nõ poſſunt ⁊ cet.
Ex quo ſepe ſũma illa. Hic infert quãdã concluſionẽ di. Ex quo mali puniũt malos

etiam diſpenſari credo ꝙ forſitan alicu-
ius tam preceps atq; importuna natura
eſt: vt eum in ſcelera potius exacerbare
poſſit rei familiaris iopia. huius morbo ꝓ-
uidẽtia collate pecunie remedio medetur.
Hic fedatam probris conſcientiam ſpe-
ctans ⁊ ſecum fortunam ſuam comparãs
forſitan pertimeſcit: ne cuius ei iocundus
vſus eſt fiat triſtis amiſſio. Mutabit
igitur mores: ac dum fortunã metuit amit-
tere nequitiam derelinquet: alios in cla-
dem meritam precipitauit indigne acta fe-
licitas: quibuſdã permiſſum puniendi ius
vt exercitium bonis ⁊ malis eſſe cauſa ſup-
plicij. Nã vt probis atq; ĩprobis nullũ fe-



ex hoc illa ſumma prouidentia ſcilicet diuina protulit inſigne miraculũ ſcilicet vt ma-
li facerent malos bonos. quod declarat. Nam dum quidam mali videntur perpeti ini-
qua a peſſimis ſibi flagrantes id eſt ardentes: odio noxiorum id eſt damnorum ſuorũ
ſupple mali rediere id eſt redierunt: ad frugem virtutis id eſt ad vtilitatem: dum tales
ſtudent ſe eſſe diſſimiles illis malis quos oderant. ⁊ addit ꝙ ſola diuina vis talis eſt:
cui mala ſunt bona id eſt
cedunt in bonum ſicut cũ
malus facit malũ bonũ.
vnde ſubdit. Cũ deus vtẽ-
do competenter eis ſcilicet
malis elicit effectum ali-
cuius boni. Ordo eĩm fa-
talis cũcta complectitur:
vt quod diſceſſerit ab aſſi-
gnata ratione ordinis ſci-
licet mali: hoc tamen licet
relabatur in aliũ ordinẽ
ſcilicet boni ne in regno ꝓ-
uidẽtie dei liceat: quid id
eſt aliqd: temeritati id eſt
inordinationi. ⁊ ponit au-
ctoritatẽ in greco que tã-
tum ſonat. Fortiſſimus in
mundo deus cuncta per-
egit. Notandũ ꝙ bo-
num proueniens ex mali-
cia improborũ non eſt im-
putandũ ipis improbis:
ſed tantum diuine virtuti
que nouit ex malis effice-
re bona. ⁊ licet deus malũ
dirigat ad bonũ ſua intẽ-
tione ⁊ poteſtate: non ta-
men hõ iõ eſt extra culpã
qui illud malum agit ma-
la intentione. Notan-
dum ꝙ alius eſt ordo na-
turalis: alius ordo a deo
ꝓuiſus. Ordo naturalis eſt vt deũ ⁊ proximũ diligamus. ordo prouiſus eſt tẽpalis rex
diſpoſitio que fatum vocatur. ⁊ licet ordinem naturalem ſepe dimittamus aliquid pl'
deo diligendo ⁊ proximũ odiẽdo: tamen ordinẽ prouiſũ a deo nũꝗ effugies: qr nũꝗ
aliter prouenit ꝗ deus ꝓuidet. ⁊ ſi aliquid rẽcedit ab ordine naturali: relabit̃ in aliũ:
vt ſi aliquid eſt malum; quo ad miſericordiam: ipſum eſt bonũ in comparatione ad iu-
ſticiam: ita ꝙ in regno diuine prouidentie nihil relinquitur temeritati id eſt inordina-
tioni. Neq; enim phas eſt hoi. Hic phĩa excuſat ſe de ampliori indagatione cauſa-
rum dicens. Neq; eĩm eſt phas homini ingenio comprehendere vel ſermone explicare
cunctas machinas id eſt cauſas vel diſpoſitiones diuini operis; hoc tantum ſufficiat

dus eſt: ita ipſi inter ſe improbi nequeunt
conuenire. Quid ni cum a ſemetipſis di-
ſcerpẽtibus conſcientiam vicijs quiq; diſ-
ſentiant faciantq; ſepe que cum geſſerint
non fuiſſe gerenda decernant. Ex quo ſe-
pe illa ſumma prouidẽtia protulit inſigne
miraculum: vt malos mali bonos facerẽt.
Nam dum iniqua ſibi a peſſimis quidam
perpeti videntur noxiorum odio flagran-
tes ad virtutis frugem rediere: dum ſe eis
diſſimiles ſtudent eſſe quos oderant. ſola
eſt enim diuina vis: cui mala quoq; bona
ſunt: cũ eis competenter vtendo alicuius
boni elicit effectum. Ordo enim quidem
cuncta complectitur: vt quod ab aſſigna-
ta ordinis ratõne deceſſerit: hoc licet in ali-
um tamen ordinem relabatur: ne quid in
regno prouidentie liceat temeritati.

Fortiſſimus in mũdo deus cuncta per-
egit: cum omnia ſecula prouidet ac proſpi-
cit. Neq; eĩm phas eſt hoĩ cunctas diuine



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

reſpexiſſe ꝙ deus proditor id eſt productor naturarum diſponat cũcta dirigens ad bonum. Et dum ea que protulit id eſt predixit feſtinat retinere in ſimilitudine ſui. i. in bono: ipſe eliminat id eſt excludit: per ſeriẽ. i. per ordinẽ fatalis neceſſitatis oẽ malum de terminis ſue publice rei id eſt mundi: quo fit vt mala creduntur habundare in terris: ſi ſpectes. i. conſideres prouidentiam diſponentẽ nihil perdas vſꝗ eſſe mali. Tunc inuocat. B. ad conſolatio: em metricam di. video te eſſe oneratũ pondere queſtionis que difficilis eſt ⁊ fatigatum prolixitate orationis expectare aliquã dulcedinẽ carminis. igitur accipe hauſtum dulcedinis metrice: quo refectus id ẽ recreatus firmior contendas in vlteriora. Nota ꝙ dicit malum nuſꝗ eẽ in comparatione ad diuinã prouidentiã: quia malum non eſt aliqua natura nec aliqua res. omnis eniʒ natura ⁊ res appetit ſuam ꝑfectionẽ. cũ aũt appetibile habeat rationeʒ boni: ſi malum eſſet natura: ⁊ res appetens perfectionẽ: malum eſſet bonũ. Notandũ ꝙ nullũ ẽ malũ ſimpliciter ⁊ totaliter in mundo quin in cõparatione ad diuinã prouidentiã habeat rationẽ boni. vnde expedit multos defectus cõtingere in vniuerſo: ne multa bona tollantur. Si eniʒ non corrumperetur aer: ignis nõ cõſeruaretur: nec vita leonis conſeruaret̃: niſi occideretur agnus vel aſinus: neꝗ laudaret̃ iuſticia nec patientia: ſi non eſſet iniquitas. ex quo patet ꝙ multa in comparatione ad nos ſunt mala que in comparatione diuinam prouidentiam omnia diſponentem ſecundum quod melius cõpetunt vniuerſo bona ſunt.

opere machinas ingenio comprehendere vel explicare ſermone: hoc tantum proſpexiſſe ſufficiat quod naturaruʒ omniũ proditor deus idẽ ad bonũ dirigẽs cuncta diſponat. dũqʒ ea que protulit in ſui ſimilitudine retinere feſtinat. Malum omne de reipublice ſue terminis per fatalis ſeriem neceſſitatis eliminat: quo fit vt que in terris habundare creduntur: ſi diſponentem prouidẽtiã ſpectes: nihil vſꝗ mali eſſe perpendas. Sed video iam dudũ te ⁊ põdere queſtionis oneratum ⁊ rationis prolixitate fatigatum aliquam carminis expectare dulcedinẽ. Accipe igitur hauſtuʒ quo refectus firmior in vlteriora contendas.

## Metrum ſextum quarti libri.

Si vis celſi iura tonantis
Pura ſolers cernere mente

Metrum ſextum quarti libri.

Si vis celſi iura tonantis. Iſtud eſt ſextum metrum huius quarti quod ſecundũ quoſdam dicitur adonicum: ſecundum quoſdam archiloicum ab inuentore tetrametrum: dactilicum a pede predominante. In quo metro philoſophia commendat diuinam prouidentiam in diſpoſitione rerum. ⁊ primo ex parte rerum que diuina diſpoſitione reguntur: ſecundo ex parte dei regentis. ibi. Sed interea. Primo commendat diuinam prouidentiam in regimine corporum celeſtium: ſecundo in regimine elementorum: tertio in regimine temporum: quarto in regimine generabilium ⁊ corru



ptibilium. Secunda ibi. Hec concordia temperat. Tertia ibi. His de cauſis. Quarta ibi. Hec temperies. Primo dicit. ſi tu ſolers id eſt ſapiens vis pura mente cernere iura id eſt regimina quibus mundus regitur: celſi tonantis id eſt dei: aſpice culmina id eſt altitudines ſummi celi. Illic ſydera ſeruant veterem pacem id eſt antiquam cõcordiam quam eis diuina prouidentia indidit iuſto federe rerum: ſol concitus id eſt commotus: rutilo igne id eſt calore: non impedit gelidum axẽ phebes id eſt lune: nec vrſa q̃ flectit rapidos meatus id eſt mot⁹ circa polum ſeptentrionalem: nũꝗ lota occiduo profundo id eſt mari occidentali: cupit tingere id eſt mergere flammas: occeano. i. mari cernens cetera ſydera mergi in mare: et loquitur more vulgari. credit enim vulgus ſtellas quando occidunt deſcendere in mare: et veſper id eſt ven⁹ ſemper equis vicibus tempis nunciat ſeras vmbras noctis: et eadẽ venus exiſtẽs lucifer reuehit diem almũ id eſt clarum. Sic altern⁹ amor proueniẽs ex diuia ꝓuidentia reficit alternos curſus ſyderuʒ: ſic id eſt ꝑ talem mutuã concordiam bellũ diſcors: exulat id eſt expellitur: ab oris aſtrigeris id eſt a regionibus celeſtibus que gerunt aſtra. Notandum de hac dictione ſolers que ſm Iſido. interpretatur quaſi ſolitus in arte vel vtilis: et ſic debet ſcribi per duplex. l. ſed ſm Huguitionem dicitur a ſolon quod eſt totum vel multum: ⁊ ars artis q̃ſi totus vel multus in arte: ⁊ ſic debet ſcribi per ſimplex. l. Notãdum ꝙ deus magis denominatur tonans a tempeſtate tonandi ꝙ̃ ab alia tempeſtate: quia maior horror per eam incutitur mentibus hominum ꝙ̃ per aliam: vnde per tẽpeſtatem tonandi homines magis inducuntur ad recogitandam diuinam potentiaʒ. Nota ꝙ vrſa habens ſeptem ſtellas circa polum ſeptẽtrionaleʒ mota nunꝗ occidit: ſed ſemper nobis apparet. licet alie ſtelle nobis oriantur ⁊ occidant: de venere autem que de nocte ſequitur ſolem: ⁊ de mane lucifer dicta precedit ſolem: viſum fuit in libro ſecundo primo metro. Hec concordia temperat equis. Hic philoſophia commendat regimen diuine prouidentie in elementis dicens. Hec concordia proueniens ex diuina prouidentia temperat elementa equis modis: ⁊ humida elementa pugnantia id eſt cõtraria cedãt ſiccis vicibus id eſt viceuerſa: ita ꝙ quandoꝗ preualeant humida quãdoꝗ ſicca: ⁊ ꝙ frigora id eſt elementa frigida: iungant fidem id eſt cõcordiam: flammis id eſt calidis

Aſpice ſummi culmina celi.
Illic iuſto federe rerum
Veterem ſeruant ſydera pacem.
Non ſol rutilo concitus igne
Gelidum phebes impedit axem.
Nec que ſummo vertice mundi
Flectit rapidos vrſa meatus
Nunꝗ occiduo lota profundo.
Cetera cernens ſydera mergi
Cupit occeano tingere flammas.
Semper vicibus temporis equis
Veſper ſeras nunciat vmbras
Reuehitqʒ diem lucifer almum
Sic eternos reficit curſus.
Alternus amor ſic aſtrigeris
Bellum diſcors exulat oris.
Hec concordia temperat equis

elementis: ne vnum aliud totaliter corrumpat: ⁊ hec concordia facit: vt pendulus ignis ſurgat in altum id eſt moueatur ſurſum: ⁊ terre graues pondere ſidant id eſt deorſum re ſidant. Tunc commendat regimen dei circa tempora dicens. Hiſdem cauſis id eſt ſimi libus cauſis per diuinam prouidentiam ordinatis annus florifer id eſt in quo abundāt flores: ſpirat odores ipſo vere id eſt tempore veris: tepente id eſt incaleſcente: eſtas ferui da ſiccat id eſt maturat: ce rerem id eſt fruges. Autum nus remeat id ē reuertitur: grauis id eſt onerosus po mis: imber defluus irrigat hyemē. Tūc cōmendat re gimē dei circa generabilia dicens. Hec temperies id ē temperata diſpoſitio proui dentie diuine alit ⁊ profert quicquid in orbe ſperat vi tam id eſt quicquid viuit: ⁊ eadem temperies rapiēs ea que fecit condit id eſt ab ſcondit: ⁊ aufert ſcilicet ab eſſe mergēs orta id eſt pro ducta: ſupremo obitu id eſt vltima morte.

Notandum ſecundum commentatorē octauo phi ſicorum. Primum anti quum nihil facit ſine ſecun do antiquo id ē celo: ergo prima cauſa generationem ⁊ corruptionem elementorum ⁊ omnium in mundo ⁊ tem porum diſtinctionem operatur mediantibus corporibus celeſtibus. Unde in libro de pomo Ariſto. ſcribitur: ꝙ creator omnium ſua ſapientia preparauit ſperas ⁊ in quali bet ſpera ſtellas lucidas: ⁊ dedit ipſis virtutem dominandi in hoc mundo: faciendi bo num ⁊ malum: mortem ⁊ vitam: ⁊ incedunt ſtelle ſecundum virtutē ipſis a creatore da tam: ſecundum deſiderium ⁊ voluntatem eius in aſcendendo ⁊ deſcendendo: nunc de oriente ad occidentem: nunc de occidente ad orientem ſine cōtradictione: ⁊ omnes ſtel le ſunt ſicut ſerui domino obedientes: ⁊ curſus ⁊ motus earum non eſt a ſeipſis nec vir tute earum: ſed eſt creator qui facit eas moueri. Sedet interea conditor altus. Hic commendat diuinam prouidentiam ex parte regentis dicens. Interea dum res ſic ge runtur: altus conditor id eſt ſummus creator reruꝫ deus: ſedet id eſt in ſe immutabiliter manet regens omnia: flectit id eſt moderatur: habenas reruꝫ id eſt frena: exiſtens rex ꝑ ſapientiam gubernationis: dominus per potentiam creationis: fons omnis bonita tis ⁊ origo omniū ⁊ ipſe a nullo: lex omnia ligans ⁊ ſapiens arbiter id eſt iudex: equi. i. equitatis omnibus tribuens ſecundum iuſticiam: qui ſcilicet deus omnia regens con citat id eſt excitat entia ire. i. procedere ad eſſe: motu id eſt per motum: ⁊ ſiſtit id eſt per manere facit ad tēpus ī eē retrahēs oīa ad non eſſe: ⁊ ipſe firmat ꝑ grām vaga. i. inſta bilia ꝑ naturā. Nā niſi deus reuocans rectos ictus. i. rectum progreſſum qui eſt ab eſſe ad nō eſſe; cogat iterū id ē reducat etiā: flexos orbes id eſt in quaſdaꝫ circulationes ea

Elementa modis vt pugnantia
Uicibus cedant humida ſiccis.
Iungant fidem frigora flammis
Pendulus ignis ſurgat in altum
Terreqꝫ graues pondere ſidant
Hiſdem cauſis vere tepenti
Spirat florifer annus odores
Eſtas cererem feruida ſiccat.
Remeat pomis grauis autumnus
Hyemem defluus irrigat ymber.
Hec temperies alit ac profert
Quicquid vitam ſpirat in orbe.
Eadem rapiens condit ⁊ aufert
Obitu mergens orta ſupremo.



que ſtabilis ordo diuine prouidentie continet: ipſa diſſepta id eſt ſeparata: a ſuo fonte id eſt a ſuo principio quod eſt deus: fatiſcant id eſt deficiant ⁊ ad nihilum deueniant. Hic fons eſt continuus amor cunctis entibus: ⁊ cuncta repetunt. i. appetunt: teneri id eſt conſeruari: fine boni id eſt per finem boni: quia res aliter non queunt id eſt non poſ ſunt: durare id eſt in eſſe perpetuari: niſi conuerſo amore refluant id eſt redeāt: cauſe id eſt ad cauſam primam que dedit eis eſſe per creatio nem.

Sedet interea conditor altus
Rerumqꝫ regens flectit habenas
Rex et dominus fons et origo:
Lex et ſapiens arbiter equi
Et que cum motu concitat ire:
Siſtit retrahens ac vaga firmat
Nam niſi tectos reuocans ictus.
Flexos iterum cogat in orbes.
Que nunc ſtabilis continet ordo
Diſſepta ſuo fonte fatiſcant:
Hic eſt cunctis continuus amor
Repetuntqꝫ boni fine teneri.
Quia non aliter durare queunt
Niſi conuerſo rurſus amore
Refluant cauſe que dedit eſſe.

Proſa ſeptima libri quarti.

Notandum ꝙ entia reguntur a deo per quan dam circulationem ſecun dum quam quodammo do ꝑpetuātur in eſſe: ver bi gratia. deus diſpoſuit ſic res vt ex ſemine proue niat herba: ⁊ ecōuerſo ex herba producatur ſemen: ſic in generatione elemen torum fit quidaꝫ circulus huꝫ ex aere generaꝫ ignis ⁊ iterum ex igne aer. Iteꝫ in creaturis rationabili bus que progrediuntur a deo productiōe nature fit iterum reflexio ad ipſum deū per reductionem gra tie: vt ſic nihil permaneat in rebus ens ⁊ perfectuꝫ: niſi per quandam circula tionem: ⁊ hoc innuit phi loſophia in littera.

Notandum ꝙ finis ad quem omnia naturali appetitu tendunt eſt ipſum ſummum bonum quod eſt deus: hunc finem ſubſequuntur rationabiles creature per operationem intellectus ⁊ volun tatis: ſed irrationales creature conſequuntur ipſum ſolum per hoc quod ipſum repre ſentant per quandam participationem eſſendi: ⁊ ideo eodem appetitu tendit in ſuum vltimum finem: ⁊ hoc innuit in littera cum dicit. hic eſt cunctis communis amor.

Proſa ſeptima quarti libri.

Am igitur vides. Iſta eſt ſeptima ⁊ vltima proſa huius quarti: in qua Philoſophia deducit quandam concluſionem ex premiſſis. Et primo facit hoc. Secundo ſubiungit quandam exhortationem. Secunda ibi. Quare inquit. Primo ponit concluſionem intentam. Secundo com parat eam ad opinionem vulgi. Secunda ibi. Sed eam. Primo dicit. Uides ne iam



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL.ES

o Boe. quid conſequatur hec omnia que diximus. dicit. Boe. quid inq̃. ⁊ philoſophia Omnē fortunam prorſus eſſe bonam. dicit. Boe. Et quid nō inq̃ id eſt quomodo hoc poteſt fieri. cui philoſophia. Attende inquit cum omnis fortuna ſiue iocunda: ſiue aſpera deferatur cauſa remunerandi vel exercendi bonos: vel cauſa puniendi vel corrigendi improbos. patet ꝙ omnis fortuna eſt bona quam vel conſtat eſſe iuſtam ſicut illa q̄

Iam ne igitur vides quid hec omīa que diximus cōſequatur. Boetius Quid nam inq̃. P. Omne iquit bonam prorſus eſſe fortunaz. B. Et quid fieri poteſt. P. Attende inquit cuz oīs fortuna vel iocunda vel aſpera: tum remunerandi exercendi ve bonos: tū puniendi corrigendiqz improbos cauſa deferatur oīs bona quā vel iuſtam conſtat eſſe vel vtilē. Boe. Nimis quidem inq̃ vera ratio. Et ſiquaz pauloante docuiſti ꝓuidentiam fatum ve cōſiderem firmis viribus nexa ſententia. Sed eam ſi placet inter eas quas inopinabiles pauloante poſuiſti numeremus. Philoſophia. Et quid inquit. Boetius. Quia id hominuz ſermo communis vſurpat: et quidē crebro quorundaz malā eſſe fortunam. Philoſophia. Uis ne igit̃ inquit pauliſper vulgi ſermonibus accedamus. Ne nimium velut ab humanitatis vſu receſſiſſe videamur. Boetius. Ut

punit malos ⁊ premiat bonos: vel conſtat eſſe vtilez ſicut que exercet bonos: ⁊ corrigit malos. dicit Boe. nimis id eſt valde vera eſt ratio: ⁊ ſi prouidētiam quā pauloante docuiſti ⁊ fatuz conſiderem. Tunc ſententia eſt nexa id ē firmata firmis viribus id eſt rationibus.

Notandum ꝙ ex quo ſecundum diuinam prouidētiam bonis ⁊ malis nunc proſpera nūc aduerſa eueniunt: bonis ꝓpter remunerationez: ⁊ proſpera propter exercitationem in virtutibus aduerſa: patet ꝙ proſpera fortuna remunerans ⁊ aduerſa exercitans eſt bona. Item cum proſpera fortuna malos emendet vt viſum eſt prius ⁊ aduerſa ipſos corrigat ⁊ iuſte puniat: patet etiam ipſam eē bonam. Sed eam ſi placet. Hic comparat hanc cōcluſionem ad opinionē vulgi oſtendens eam vulgo eē inopinabilem: et inquirit quid vulgus ſentiat d̄ qualibet fortuna. Secundo ex opinione vulgi concludit quoddam contrarium ipſi vulgo. ibi. Uide igitur. dicit ergo. O philoſophia ſi placet eam opinionem ꝙ omnis fortuna ſit bona: numeremus inter eas opiniones quas pauloante poſuiſti inopinabiles. dicit philoſophia. quid id eſt propter quid. Boe. dicit quia communis ſermo hominū iſtud vſurpat id eſt in vſum capit quorundam fortunam eſſe malam quorundam bonam. ⁊ dicit philoſophia. Uis ne o Boeti accedamus pauliſper ſermonibus vulgi: ne nimiuz videamur receſſiſſe ab humanitatis vſu hominum. dicit Boe. vt placet. ⁊ philoſophia Nonne cenſes bonum quod prodeſt. dicit Boetius. Ita eſt inq̃. ⁊ philoſophia. Fortuna que aut exercet aut corrigit prodeſt. dicit. Boe. Fateor inq̃. ⁊ ideo concludit philoſophia. omnis fortuna bona eſt que exercet ⁊ corrigit. dicit Boe. Quidni id eſt quare non. ⁊ addit philoſophia. hec fortuna que exercet eſt eorum hominum que poſiti in virtute gerunt bella ⁊ contra aſpera; ſed fortuna que corrigit eſt eorum hominum qui declinantes a vicijs arripiunt iter virtutis. dicit Boe. Negare nequeo. querit philoſophia. Quid eſt de fortuna iocunda que tribuitur bonis in premium. Num id eſt nūquid vulgus decernit id eſt iudicat eam eſſe malam. dicit Boe, nequaq̄: verum pro ſed cenſet id ē iudicat eā eſſe optimam ſicut eſt. Querit vlterius philoſophia. Quid de reliqua fortuna que punit: que cuz ſit aſpera ⁊ cohercet malos iuſto ſupplicio: num id eſt nunquid populus id eſt vulgus putat eam eſſe bonam. dicit Boetius. immo iudicat eſſe miſerrimā omniuz que excogitari poſſunt.





placet inq̃. Philoſophia. Nonne igitur bonuz cenſes eſſe quod prodeſt. Boetius Ita ē inq̃. Philoſophia. Que vero aut exercet: aut corrigit prodeſt. Boetius. Fateor inq̃. Philoſophia. Bona igitur. B. Quidni. Philoſophia. Sed hec eorum ē qui vel in virtute poſiti contra aſpera bellum gerunt: vel a vitiis declinantes virtutis iter arripiūt. Boetius. Negare inq̃ nequeo. Philoſophia Quid vero iocunda que in premium tribuitur bonis: num vulgus malam eſſe decernit. Boe. Nequaq̄: verum vti eſt ita quoqz eſſe optimam cenſet. Quid reliqua que cum ſit aſpera ⁊ iuſto ſupplicio malos cohercet. Num bonā populus putat. Boetius. Immo omniuz que cogitari poſſunt iudicat eſſe miſerrimam. Philoſophia. Uide igitur ne opinionem populi ſequentes quoddaz valde

Notanduz ꝙ omnis fortuna vel ē ad exercēdū bonos ⁊ corrigenduz malos homines: vel ē ad remunerandum bonos ⁊ puniendum malos: fortuna que ē ad exercendū bonos ⁊ corrigenduz malos homines vtraqꝫ eſt bona: etiam ſecūdum opinionem vulgi: qđ probat philoſophia. Illud quod ꝓdeſt eſt bonum: ſed fortuna que exercet bonos homines prodeſt bonis: ⁊ que corrigit malos prodeſt malis: ergo vtraqꝫ eſt bōa Fortuna autez que exercet eſt bonoruz que gerunt bellum contra vicia: fortuna que corrigit eſt malorum qui declinant a virtutes: fortuna autem que remunerat bonos bona eſt etiam ſecunduz vulgares: ſed que punit malos omnium peſſima eſt ſecundum vulgares: ⁊ hanc opinionem vulgi de vtraqꝫ fortuna philoſophia tangit in littera.

Uide igitur. Hic philoſophia ex conceſſis a vulgo concludit quoddam inopinabile ⁊ contrarium vulgo ſcilicet malam eſſe fortunam tantum malorum: cum tamen opinetur vulgus ⁊ plurimum eſſe malam fortunam euenire bonis. ⁊ dicit. vide ne nos ſequentes opinionem populi id eſt vulgi: conferimus id eſt concluſerimus quoddaz valde inopinabile apud vulgum. Quid inq̃. dicit Boetius. Ex his enim que conceſſa ſunt ſecundum opinionem vulgarem euenit ꝙ eorū que ſunt in perfecta poſſeſſione virtutis vel in profectu vel in adeptione virtutis: omnem fortunam eſſe bonam: ſiue ſit ꝓſpera ſiue aduerſa. manentibus autem in improbitate omnem fortunam eſſe peſſimam

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

⁊ dicit Boetius. hoc verum eſt ſecundum vulgares: tametſi pro ꝙuis nemo audeat confiteri ſecundum veritatem: quia in rei veritate omnis fortuna bona eſt tam bonorum ꝙ malorum vt probaſti. Notandum ꝙ omnis fortuna vel eſt remunerans vel exercens vel corrigens. fortuna remunerans eſt eoꝝ qui ſunt in poſſeſſione virtutis. fortuna exercens eſt eorum qui ſunt in profectu virtutis. fortuna corrigens eſt eoꝝ ꝗ incipiunt eſſe virtuoſi. Ex quo relinquetur ꝙ eorum qui permanent in malicia ſit fortuna peſſima: ⁊ hoc verum eſt ſecundum opiniones vulgares.

Nota ꝙ quelibet fortuna poteſt dupliciter conſiderari. Uno modo in cōparatione ad cauſam vniuerſalem que omnia regit ⁊ diſponit ordinando ſingula in finem eis conuenientem: ſic omnis fortuna eſt bona vt probatum eſt. vel poteſt comparari fortuna ad illuꝫ cui euenit: ⁊ ſic ſoluꝫ illa dicitur bona que aliquod bonum confert illi cui aduenit: ⁊ illa mala que nihil boni confert. Quare inquit. hic philoſophia facit quandā exhortationeꝫ di. Ex quo omis fortuna eſt bona: ſapiens vir non debet moleſte ferre quotiens adducitur in certamen fortune. i. cum fortuna: ⁊ non decet fortem viruꝫ indignari id eſt turbari: quotiens increpuit id eſt inſonuit: bellicus tumultus id eſt ſtrepitus Nam ipſa difficultas bellandi ⁊ reſiſtendi fortune

inopinabile conferimus. Boetius. Quid inꝗ. Philoſophia. Ex his eīm ait que cōceſſa ſunt euenit eorum quidē qui vel ſunt in profectone vel in profectu vel in adeptione virtutis omnem quecūqꝫ ſit bonam: in improbitate vero manentibus omnem peſſimam eſſe fortunaꝫ. Boetius. Hoc inꝗ verum eſt ita: tametſi nemo audeat confiteri. Philoſophia. Quare īquit ita vir ſapiens ferre moleſte non debet quotiens in fortune certamen adducitur: vt virū fortem non decet indignari quotiēs increpuit bellicus tumultus. vtriqꝫ enim hinc quideꝫ glorie propagande: illi vero confirmāde ſapiētie difficultas ipſa materia eſt. Ex quo etenim virtus vocatur quod ſuis viribus nitens non ſuperetur aduerſis. neqꝫ enim vos in prouectu poſiti virtutis diffluere delicijs et emarceſcere voluptate veniſtis: prelium cuꝫ omni fortuna nimis acre cēſeritis: Ne vos aut triſtis opprimat aut iocunda corrumpat firmis medium viribus occupate.

eſt vnicuiqꝫ viro forti ⁊ virtuoſo materia id eſt cauſa glorie propagande. exercitium enim bellicum eſt cauſa glorie viro forti. Illi vero ſcilicet viro virtuoſo reſiſtentia fortune eſt materia id eſt cauſa: confirmande ſapientie id eſt virtutis: ex quo id eſt ex qua victoria talis difficultas virtus vocatur. Dicitur eīꝫ v̄tus eo quod ſuis viribus nitens nō ſuperetur aduerſis. ⁊ ſubdit. Neqꝫ enim vos poſiti in profectu id eſt in via virtutis veniſtis in mundum diffluere delicijs ⁊ emarceſcere voluptate prelium: nimis acre cenſe



ritis id eſt iudicabitis fieri cum omni fortuna: ne triſtis fortuna vos opprimat eijciendo in deſperationem: aut iocunda corrumpat alliciendo ad voluptatem. occupate id eſt tenete ergo medium virtutis firmis viribus: quia quicquid infra ſubſiſtit a medio virtutis deficiendo: aut vltra progreditur medium virtutis excedendo: illud habet contemptum felicitatis id eſt virtutis ⁊ non habet premium laboris: ⁊ in veſtra manu id eſt poteſtate ſitum eſt qualem fortunam velitis vobiſ formare ſcilicet bonam vel malam. Omnis enim fortuna que videtur aſpera aut exercet bonos ⁊ punit malos ⁊ ſic bona eſt. Notandum ꝙ philoſophia hortatur ſapientem ad magnanimitatem cum dicit. Sapiens nō debet moleſte ferre fortunam. Nam ſecundum Ariſtotelem in ethicis Sapiēs bene ſcit ferre fortunas: quia habet ſe ſine vituperio ſicut tetragonuꝫ Corpus enim tetragonum quocunqꝫ proijcitur firmiter ſtat: ⁊ magnanimus eſt qui contra difformes inſultus fortune vnanimi mentis conſtantia militat.

Quicquid aut īfra ſubſiſtit aut vltra progreditur: habet ⁊ contemptuꝫ felicitatis: non habet premium laboris. In veſtra eſt enim ſitum manu qualem vobis fortunā formare malitis. Omnis enim que videtur aſpera: niſi aut exerceat aut corrigit: punit.

Metrum ſeptimum quarti libri.

Ella bis quinis opatus annis
Ultor atrides frigie ruinis
Fratris amiſſos thalamos piauit.
Ille dum graie dare vela claſſi

Notandum ꝙ virtus cōſiſtit in medio inter duo vicia extrema: ad quorum vnuꝫ impellit proſpera fortuna: ad aliud aduerſa. verbi gratia. Aduerſitas impellit ad deſperationem ⁊ timiditatem: proſperitas autem ad preſumptionem ⁊ audaciam inter que conſiſtit medium virtutis cuius exceſſus vel defectus eſt vicioſus: ⁊ hoc innuit philoſophia in littera.

Nota ꝙ in poteſtate hominis eſt facere fortunam qualeꝫ vult ſcilicet bonam vel malam: quod declarat philoſophia in aduerſa fortuna: quia ſi eam accipimus bono animo pro exercitio ⁊ correptione ipſa eſt bona. Si autem eam tolleramus animo etiam pro pena: ipſa mala eſt.

Metrum ſeptimum quarti libri.

Ella bis quinis operatus annis ⁊ cetera. Hic incipit ſeptimum ⁊ vltimum metrum huius quarti quod dicitur ſaphicum ab inuentore: trochaicum a pede predominante: in quo philoſophia confirmat ſuam exhortationem exemplo virorum fortium qui ſpretis voluptatibus magnos ſubierūt labores ſpe laudis ⁊ glorie. Et primo ponit plura exempla. ſecundo hortatur nos ad imitationem eorum. ibi. Ite nunc fortes. prima pars poſſet diuidi in tot partes quot exempla ponit que patebunt. Primum exemplum eſt tale. Paris filius Priami regis troianorū in greciam profectus rapuit Helenam vxorē Menelai: ⁊ duxit eam in frigiam regionem.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

Menelaus autem conqueſtus fratri ſuo Agamẽnoni hoc factum Menelaus conuocatis principibus grecorum tranſfretauit in frigiam: ⁊ obſedit troiam decẽ annis quã tandem deſtruxit: ⁊ maioribus interfectis populum captiuauit. Cum autem Agamẽnon proficiſceretur verſus troiam quandam inſulam vbi factus eſt ei ventus contrarius: ⁊ requiſiuit vates quid eſſet faciendum: qui dixerunt ꝙ non haberet vẽtum proſperum: niſi placaret dyanaʒ ſacrificando ei ſuam filiã.

Optat et ventos redemit cruore.
Exuit patrem miſerumqʒ triſtis
Federat nate iugulum ſacerdos
Fleuit amiſſos ytacus ſodales
Quos ferus vaſto recubans in antro
Merſit immani poliphemus aluo.
Sed tamen ceco furibundus ore
Gaudium meſtis lachrymis rependit
Herculem duri celebrant labores.
Ille centauros domuit ſuperbos
Abſtulit ſeuo ſpolium leoni
Fixit et certis volucres ſagittis.

Cui licet hoc videretur durum propter pietateʒ paternam: tamen ſuadente vlixe ſpe laudis ⁊ glĩe ſup victoria obtinẽda conſenſit vt eam immolaret: quo facto obtinuit ventum ꝓſperuʒ ad voluntatem. dicit ergo i littera. attrides id eſt agamennon attride filius exiſtens vltor opatus bella bis quinis id ẽ decẽʒ annis: piauit id eſt purgauit vlciſcendo: amiſſos thalamos id eſt vxorem contentam in thalamo fratris menelai: ruinis id eſt deſtructionibus: frigie id eſt troie que ſita fuit in frigia: dum ille agamennon optat dare id eſt exponere: vela graie claſſi id eſt naui grecali: ⁊ dum redemit vẽtos cruore filie ſue: ipſe exiuit id eſt depoſuit: patrem id eſt pietatem paternam: ⁊ ſacerdos triſtis exiſtẽs federat id eſt in federe ſacrificat: miſerum iugulum id eſt collum vel guttur: nate id eſt filie agamennonis. ſecundum Huguitionem enim iugulum eſt idem quod guttur vel gutturis inciſio. Fleuit amiſſos ytacus ſodales. Hic philoſophia ponit ſecundum exemplũ in quo declarat fortia actã ipſius vlixis intendens talem fabulam. Vlixes rediens de bello troiano decem annis errauit in mari ſuſtinens multa aduerſa: tandem caſualiter venit ad antrum poliphemi: qui erat maximus gigas habens vnicum oculum in fronte: qui ſocios vlixis occidit ⁊ vorauit: ſuper quo vlixes contriſtatus ſuſtinuit vſqʒ predictus gigas cibo repletus obdormiret: quo dormiente oculum quem in fronte habuit eruit. Qui euigilans furibundus queſiuit vlixem: ſed excecatus eum inuenire nõ potuit. dicit ergo in littera. ytacus id eſt vlixes ab italia regione vel ab auo ſuo ytaco ſic dictus: ille fleuit id eſt defficuit amiſſos ſodales: quos ferus poliphemus recubans id eſt morans in vaſto antro: merſit imani aluo id eſt magno ventre: ſed tamen vlixes furibundus rependit id eſt reſtituit gaudiuʒ: meſtis lachrymis id eſt ſuis triſticijs: ore id eſt facie: poliphemo ceco id eſt excecato.

Herculem duri celebrant labores. Hic ponit aliud exemplum: in quo deſcribit acta herculis ⁊ labores eius: quibus fingitur meruiſſe celuʒ dicens. duri labores aſſumpti: celebrant id eſt celebrem reddunt herculem. Cuius ponit primum laborem ſcilicet domationem centaurorum dicens. Iſte hercules domuit ſuperbos centauros qui euʒ contempſerunt.





Vbi notandum ꝙ cẽthauri monſtra quedam dicta ſunt ex medietate hominis: ⁊ ex medietate thauri: quos poete fingunt genitos ex ſemine Ixionis quod proiecit in nubem qua Iuno circumdederat ſe fugiens a facie eius volentis cuʒ ea concubere. hos cẽthauros Hercules domuit. Cum enim conueniſſent ad ludum paleſtine in monte ſolo: Hercules congreſſus cum eis ipſos vſqʒ ad effuſionem ſanguinis proſtrauit.

Poma cernenti rapuit draconi.
Aureo leua grauior metallo
Cerberum traxit triplici cathena
Victor immitem poſuiſſe fertur
Pabulum ſeuis dominum quadrigis
Hidra combuſto periit veneno
Fronte turbatus achelous amnis

Abſtulit ſeuo ſpolium leoni. Hic ponit ſecunduʒ laborem herculis dicens. hercules abſtulit ſpolium id eſt pellẽ ſeuo leoni. Vbi notandum ꝙ in ſilua nemica fuit quidam leo crudeliſſimus qui homines totius regionis inuaſit: quem aggreſſus hercules pro liberatione patrie ipſum interemit: ⁊ excorians ipſum pellem pro ſpolio abſtulit

Fixit ⁊ certis volucres ſagittis. Hic ponit tertium laboreʒ dicens. hercules fixit volucres id eſt arpias certis ſagittis. Vbi notandum ꝙ rex Finius ſuos filios excecauit qui nouercam ſuam de ſtupro accuſauerant: propter quod inuidia deorum ipſe eſt excecatus: ⁊ appoſite ſunt ei arpie id eſt volucres virginei vultus rapientes cibum de menſa ei⁹: quas Hercules ſagittis ſuis fixit ⁊ fugauit. Poma cernenti rapuit draconi. Aureo leua grauior metallo. Hic tangit quartum laborẽ dicens. Hercules rapuit poma draconi cernenti id eſt cuſtodienti: illa rapuit aureo metallo id eſt cuʒ claua aurea. hercules inqꝫ factus grauior id eſt fortior: leua id eſt manu. Vbi notandum ꝙ ſeptem fuerunt filie Athlantis habentes ortum aureum cum pomis aureis que draco cuſtodiebat: hercules autem ſuperueniens draconi poma aurea abſtulit. Cerberum traxit triplici cathena. Hic ponit quintum laboreʒ dicens. Hercules cerberum id eſt canem infernalem traxit ab inferis triplici cathena. Vbi notandum ꝙ Pirritaneus volens ſibi deſponſare reginam inferni Herculẽ ⁊ Theſeũ ⁊ alios homines fortes aſſumpſit: quibus venientibus ad inferum: Cerberus ianitor inferni ipſos latratu ſuo impediuit: hercules autem ipſum tribus cathenis vinxit: vel ſecundum alios ipſuʒ traxit de inferno triplici cathena: quia dicitur habere tria canina capita triplici cathena vincta:

Victor immitem poſuiſſe fertur. Hic ponit ſextum laboreʒ dicens. victor ſcilicet Hercules fertur poſuiſſe immitem dominum ſcilicet Diomedem in pabulum ſeuis quadrigis id eſt equis quadrigam trahentibus. Vbi notandum ꝙ Diomedes fuit rex thracie qui equos ſuos pauit humana carne: quem Hercules interfectũ dedit ſuis proprijs equis deuorandum. Hidra cõbuſto pijt veneno. Hic ponit ſeptimũ laborem dicẽs hidra id eſt ſerpens perijt combuſto veneno ſuo Vbi notandum ꝙ in lecrna palude fuit quidam ſerpens habens plura capita quoruʒ vno preſcio ſuccreſcebant tria: quem Hercules aggreſſus ſagittando cum non videret ſe proficere: collecta congerie lignoruʒ ipſum combuſſit. Fronte turbatus achelous amnis. Ora demerſit pudibunda ripis ⁊ cetera. Hic ponit octauum laborem Herculis. Vbi ſciendum ꝙ cuʒ Hercules vellet deducere filiam cuiuſdam regis que dicebatur Deiamira fluuius achelous quem de

bebat tranſire mutauit ſe in diuerſas formas pugnando contra Herculem. Cum autẽ vltimo mutaſſet ſe in ſpeciem thauri: Hercules ipſo deiecto abſtulit ſibi vnũ cornu quod ſacrificauit copie id eſt dee fortune: propter quod Achelous verecundia confuſus fugit ⁊ in aquis latuit. Unde dicit in littera. Achelous amnis id eſt fluuius frõte turbatus: propter oblationem cornu: ipſe merſit in ripis ora pudibunda: quia latuit pre pudore in ripis.

Ora demerſit pudibunda ripis:
Strauit antheum libicis arenis
Cacus euandri ſatiauit iras
Quoſqꝫ preſſurus foret altus orbis
Setiger ſpumis humeros notauit
Ultimus celum labor inreflexo
Suſtulit collo preciumqꝫ rurſus
Ultimi celum meruit laboris.
Ite nunc fortes vbi celſa magni

Strauit ãtheuꝫ libicis arenis. Hic ponit nonum laborem dicẽs Hercules ſtrauit id ẽ occidit antheum illum gigantem arenis libicis id eſt in arenis libie regiõis. Ubi notandum ꝙ antheus erat gigas de terra ꝓgenitus: cuius erat talis virtus: ꝙ ſi aliquando ex ſagittatione defatigaret: tactu terre ſtatim recuperabat vires. Qui cum exerceret magnam tyrannidem in libia: aduenit Hercules: ⁊ congreſſus cum eo diu ſimul luctabantur. Cum autem Antheus ſentiret ſe debilitari ſponte cecidit in terram: ⁊ ſic reſumpſit vires: quod Hercules cognoſcens ipm̃ a terra eleuauit: ⁊ ſupra pectus ſuum ipſuꝫ tenendo oppreſſit quouſqꝫ ſpiritũ exalaret.

Cacus euandri ſatiauit iras. Hic ponit decimum laborem. Ubi notandum ꝙ cacus fuit monſtrum euomens ignem per os: cuius pater fuit vulcanus. manebat autẽ Cacus in monte auentino ſpolians ⁊ occidens homines: ⁊ furto plurimum inſiſtens. Cum autem Hercules veniret de hyſpania ducens ſecum multos boues: cacus quoſdam boues herculis furabatur: ⁊ traxit eos in antrum ſuum retrorſum per caudas: ne furtum pateret. cum autem hercules quereret boues: per mugitum vnius bouis peruenit ad antrum caci: quo extracto ipſum interfecit: cuius morte placata eſt ira euandri quem idem cacus multum offenderat. Unde dicit. cacus ſupple morte ſua quam paſſus eſt ab hercule: ſaciauit id eſt compeſcuit iraſ euandri quẽ cacus multũ offenderat.

Quoſqꝫ preſſurus foret altus orbis. Hic ponit vndecimum laborem herculis. Ubi notandum ꝙ in archadia erat quidam aper deuaſtans totam regioneꝫ. quem cũ hercules agitaret: aper ſibi inſultans humeros herculis ſpuma maculauit: quem aprũ tandem interfecit. Unde dicit. Setiger id eſt aper gerens ſetas: notauit id eſt maculauit humeros herculis ſupple ſpuma vel ſaliua: quos humeros altus orbis foret id eſt erat preſſurus: quia vt ſtatiꝫ patebit hercules humeris ſuis celum ſuſtulit. Ultimus celum labor in reflexo. Hic ponit duodecimum ⁊ vltimum laborem eius. Ubi notandum ꝙ athlas fingitur fuiſſe quidam gigas ſupportans celum humeris ſuis. Hic fatigatus rogauit herculem vt celum ſupportaret quouſqꝫ ipſe reſpiraret: quod ⁊ hercules fecit: ⁊ per hoc celum meruit. Unde dicit vltimus labor herculis fuit quod ſuſtulit id eſt ſupportauit celum: collo inreflexo id eſt inclinato; ⁊ rurſus meruit celum tanꝙ precium vltimi ſui laboris.





Ite nunc fortes vbi celſa magni. Hic hortatur philoſophia admirationem predictorum virorum fortium dicens. Ite nunc fortes reſiſtentes aduerſitatibus: ite illic vbi dicit via celſa id eſt ardua magni Herculis que eſt via virtutũ: ⁊ via magni exẽpli ad aggrediendum fortia: ⁊ tunc inuehitur contra tardos ⁊ vicioſos dicens. Cur vos inertes id eſt homines ſine arte ſicut homines deſidioſi: cur nudatis terga id eſt dorſa veſtra fugiẽdo labores ⁊ aduerſa. nam tellus id eſt terrena concupiſcentia ſeparata donat homini ſydera i. celũ: quia ſupata terrena concupiſcentia efficitur homo dignus celo quod ẽ locus deorum ⁊ ſpirituum. Nam ſecundum Ariſtotelẽ ſecundo celi ⁊ mundi. Omnes eum locum qui ſurſum eſt deo attribuunt: ⁊ barbari ⁊ greci quicunqꝫ putant deos eſſe. de quo loco dicit Plato in fedrone. Uiri ſpeculatiui viuentes: ſecundũ vitaꝫ contemplatiuam celeſtes ſedes recipiunt: in quibus felicitate deorum potiuntur: qua felicitate nos faciat participes ieſus chriſtus qui eſt deus ſuper omnia benedictus in ſecula ſeculorum Amen.

Ducit exempli via: cur inertes
Terga nudatis ſuperata tellus:
Sydera donat:

Explicit liber quartus.

Explicit liber quartus Boetij de conſolatione philoſophie.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL ES

Ixerat oꝛonisq; curſuz. Hic incipit quintus liber Boetij de cõſolatõne phie: cuius eſt pꝛima pꝛoſa: in qua philoſophia vult ſoluere quedã dubia ſuã determinationem conſequentia de fato ꝛ prouidentia. videtur enim ex dictis ꝙ caſus non ſit: quia ſi omnia ſint prouiſa: ita ꝙ nihil eueniat preter ordinem diuine prouidentie: videtur ꝙ nihil caſualiter eueniat: quia caſus importat euentum inopinatum. Item videtur ex dictis ꝙ liberũ arbitriuz non ſit: quia omnia diſponuntur ſecundũ ordinem fatalis neceſſitatis: liberum autez arbitrium neceſſitatem excludit. videtur ergo ſi ponitur pꝛouidentia ꝛ fatum ꝙ omnino excludatur liberum arbitriuz. philoſophia ergo in pꝛeſenti libꝛo inquirit vtruz caſus ſit ꝛ quid ſit: ꝛ inquirit vtrum liberum arbitrium ſit ponendo argumenta quibus liberuz arbitrium cum prouidentia diuina nõ videtur poſſe ſtare. poſt hoc ponit falſam ſolutionem quorundã quam impꝛobat: ꝛ ponit pꝛopꝛiam quam rationibus cõfirmat: ꝛ de eternitate determinat: ꝛ alia plura ſicut patebit. Et diuiditur iſte liber in vndeciz partes: quia ſex ſunt pꝛoſe ꝛ quinq; metra eius: que partes ꝛ que in ipſis determinantur patebunt in proceſſu libꝛi. in pꝛima pꝛoſa determinat de caſu. ꝛ pꝛimo Boetius tãgit acta philoſophie commendans eius exhoꝛtationem factam: ꝛ mouet queſtionem de caſu. Secundo philoſophia ſe ab eius determinatione: ꝛ Boetius illam excuſationem remouet. Tertio philoſophia determinat de caſu. Secũda ibi. Tũ illa feſtino. tertia ibi. Tum illa moꝛem. Pꝛimo dicit. philoſophia dixerat hec pꝛedicta: ꝛ vertebat curſuz orationis id eſt ſermonis ad tractanda quedã alia atq; expedienda. tunc ego Boeti. inq; O philoſophia recta eſt exhoꝛtatio tua facta ꝛ pꝛoꝛſus eſt digniſſima auctoꝛitate: ſed quod tu dudum dixiſti ſexta pꝛoſa quarti libꝛi queſtionem de prouidentia implicatam eſſe pluribus alijs ſcilicet queſtionibus: ego experioꝛ re id eſt realiter. quero enim an arbitrere id eſt arbitreris caſum omnino aliquid eſſe ſupple id rerum natura: ꝛ quidnam arbitreris eſſe caſum ſupple in rerum natura.

Nota per hoc ꝙ dicit Boetius dixerat: innuit philoſophiam iam expediuiſſe que ad ſui ſpeculationem ſpectabant: ꝛ ita determinaſſe pꝛincipalem huius libꝛi intentionem. ꝛ philoſophia vertebat curſum orationis id eſt orationem currentem: quia oratio philoſophie non impediebatur ignoꝛantia docentis: nec tarditate diſcentis: hanc orationẽ vertebat ad quedã alia tractanda. que autẽ fuerũt illa Boetius non exprimit: qꝛ foꝛſitan ſua opiniõe nimis erãt deſiderãda: vel foꝛſitan quãtũ ad pꝛopoſitũ extranea.

## Libri quinti proſa prima:

Ixerat oꝛatõiſqꝫ curſuz ad alia quedã tractanda ꝛ expedienda vertebat. Boe. Tuz ego. Recta quidẽ exhoꝛtatõ tuaqꝫ pꝛoꝛſus auctoꝛitate digniſſima: ſed ꝙ tu dudũ de pꝛouidentia queſtionem pluribus alijs implicatam eſſe dixiſti experioꝛ. Quero enim: an eſſe aliquid omnino: ꝛ quidnam eſſe caſuz arbitrere. Philoſophia. Tum illa. Feſtino inquit debitum pꝛomiſſionis abſoluere: viamqꝫ tibi qua patriam reueharis





perire. hec autem et ſi perutilia cognitu tamen a pꝛopoſiti noſtri tramite pauliſper aduerſa ſunt. Verendumqꝫ eſt ne deuijs fatigatus ad emetiendum rectũ iter ſufficere non poſſis. Boetius. Ne id inq; pꝛoꝛſus vereare. Nam quietis mihi loco fuerit ea quibus maxime delectoꝛ agnoſcere ſimul: cum omne diſputationis tue latus indubitata fide conſtiterit: nihil de ſequentibus ambigatur. Philoſophia. Tum illa moꝛem inquit geram tibi ſimulqꝫ ſic exoꝛta eſt ſiquidem inquit aliquis euentum temerario motu nullaqꝫ cauſa

Notandum ꝙ dicit exhoꝛtationem philoſophie fuiſſe rectam: quia philoſophia hoꝛtabatur ad virtutes et ad contemptum foꝛtuitoꝛum. talis autem exhoꝛtatio que fit ad bonum proſequenduz et ad malum fugiendum recta eſt. et dicit exhoꝛtationez philoſophie eſſe digniſſimam auctoꝛitate: quia quod a ſapientibus dicitur auctoꝛitate ſapientis dignum reputatur. Tum illa feſtino inquit. Hic philoſophia excuſat ſe de huius opinionis vel queſtionis determinatione: et Boetius illam excuſationem remouet dicẽs. Philoſophia inquit. ego feſtino abſoluere id ẽ perficere debitum pꝛomiſſionis: et aperire tibi viam qua reueharis ad patriã. hec autem que tu queris de caſu ꝛ ſi pꝛo q̃uis ſunt perutilia cognitu id eſt cognitione: tamẽ pauliſper aduerſa ſunt a tramite id eſt via noſtri pꝛopoſiti. et dicit pauliſper: quia non ſunt totaliter aduerſa ſed aliquãtulum incidant pꝛemiſſa. et eſt verendum id eſt timendum ne tu fatigatus deuijs id ẽ queſtionibus extraneis non poſſis ſufficere ad emetiendum id eſt tranſeundum rectum iter. dicit Boetius. O phia ne illud vereare id eſt non timeas: quia hoc fuerit mihi loco quietis agnoſcere ea quibus maxime delectoꝛ: ꝛ cum omne latus id eſt omnis conſtãtia tue diſputationis mihi conſtiterit fide indubitata: nihil eſt qđ ambigatur de ſequentibꝰ. Notandum ꝙ dicit qua via reueharis patriam. hic patriam vocat beatitudinez quã pꝛius inuenire docuit. illa autem per que homo peruenit ad ipſam ſunt virtutes de quibus Boetius intendebat agere; nõ in hoc libꝛo: ſed in vltimis libꝛis muſice ſue agẽdo de muſica humana. intentionem autem ſuam non compleuit: quia a rege Theodorico moꝛte preuentus fuit. Tum illa moꝛem inquit. Hic phia determinat de caſu ſoluendo pꝛemiſſas cauſas ꝛ queſtiones. Pꝛimo ſoluit pꝛimam an caſus ſit. Secundo ſecundaz quid ſit caſus ibi. Licet igitur. Pꝛimo oſtendit quid ſignificetur per nomen caſus ponendo quoꝛundam. ſecundo impꝛobat illam opinionẽ ibi. Quis enim. pꝛimo dicit. O Boe. ego geraz tibi moꝛẽ. i. confoꝛmabo me voluntati tue: et ſimul ſic eſt exoꝛta. i. ſic incepit ſi aliquis diffiniat quo ad nomen dicens caſum eſſe euentum pꝛoductum motu temerario id eſt impꝛouiſo: ꝛ nulla connexione cauſarum. Ego philoſophia firmo caſum ſic omnino nihil eſſe: et decerno id eſt iudico vocem caſus pꝛoꝛſus eſſe inanem preter ſignificationem rei ſubiecte; ſicut hec vox chimera inanis eſt. Notandum ꝙ q̃uis queſtio ſi eſt pꝛecedit queſtionez quid eſt ſecundum ꝙ queſtio quid eſt querit de quiditate rei: quia quid eſt rei nulli debet niſi enti: tamen queſtio quid eſt querens de qđ quid eſt nominis eſt pꝛima cognitio: et ideo ex quo quid eſt nominis: opoꝛtet ſcire de



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

aliquo ſi eſt . Propter hoc philoſophia ad querendum de caſu vtrum ſit vel non: accipit quod quid eſt: quod ſignificatur per nomen. ⁊ dicit. Si aliqui dicunt caſum eſ ſe euentum temerarium ſine omni cauſa productum: ego video vocem caſus eſſe ina nem tanꝙ ſibi nihil correſpondeat in re. Quis enim cohercente. Hic philoſophia improbat opinionem iſtam oſtendens caſum nihil eſſe ſecundum eam. ſecundo ſoluit queſtionem ſecundum rei veritatem ibi. Ariſtoteles meus. Primo ponit vnaꝫ rationem. Secundo aliaꝫ ibi. Naꝫ nihil. Antiqui di cebant ꝙ caſus eſt euent⁹ temerarius id eſt impro uiſus . contra hoc arguit philoſophia ſic. Vbicūꝗ omnia ſunt prouiſa ibi ni hil eſt temerariuꝫ: ſed om nia que ſunt prouiſa ſunt a deo: ergo inter ea q̄ ſunt nihil eſt temerariuꝫ. Hāc rationem breuiter innuit littera dicens . Quis enim locus vllus poteſt eſſe re liquus id eſt relictuſ: teme ritati id eſt improuiſioni deo cohercente cuncta in ordinem ſcilicet prouiſuꝫ: quaſi dicat nullus.

rum connexione productuꝫ caſum eſſe dif finiat nihil omnino caſum eſſe confirmo; et preter ſubiecte rei ſignificationem ianē prorſus eſſe vocem decerno . Quis enim cohercēte in ordinē cuncta deo locus eſſe vllus temeritati reliquus pōt. Nam nihil ex nihilo exiſtere vera ſententia eſt: cui ne mo vnquaꝫ veterum refragatus eſt: quāꝙ id illi non de operante principio: ſed d̄ ma teriali ſubiecto ; hoc eſt omnium de natu ra rationum: quaſi quoddam fundamen tum iecerint. Atſi nullis ex cauſis aliquid oriaꝛ: id de nihilo ortū eſſe videꝛ. ꝙ ſi hoc fieri nequit: nec caſuꝫ quidē huiuſmodi eē poſſibile ē qualē paulo āte diffiniuīus. B.

Notanduꝫ ꝙ omnia a deo ſunt prouiſa . cuius ratio eſt . Quorumcunꝗ deus eſt cauſa: omnia talia prouiſa ſunt a deo: ſed deus eſt cauſa omnis entis: ergo omnia entia a deo ſunt prouiſa . ꝙ autem deus ſit cauſa om nis entis patet: quia ab ipſo dependet celum ⁊ tota natura vt patet ex duodecimo me thaphiſice.

Nam nihil ex nihilo exiſtere vera ſententia eſt: cui nemo et cetera. Hic ponit aliaꝫ rationem probantem: ꝙ caſus non poteſt eſſe ſine omni cauſa productus ſicut dice bant antiqui. ⁊ arguit ſic . Quod eſt ex nihilo nihil eſt: ſed quod eſt ex nulla cauſa ex nihilo eſt: ergo quod ex nulla cauſa eſt nihil eſt: ſed ſecundum antiquos caſus eſt ex nulla cauſa: quia eſt productus ſine omni connexione cauſarum: ergo caſus nihil eſt. vnde dicit in littera. Vera ſententia eſt cui nemo vnquam veterum refragatus eſt id ē contradicit: ſcilicet ex nihilo nihil exiſtere. quāquam illi antiqui illam propoſitionem ex nihilo nihil exiſtere iecerint id eſt poſuerint: quaſi quoddam fundamentum non de operante principio ſcilicet de deo creatore: quia ille ex nihilo aliquid fecit: ſꝫ intelle xerūt hoc de naturali ſubiecto id eſt de tota natura fundata in materia: ⁊ exponit ſeipſꝫ dicens. Hoc eſt de natura omnium rationum id eſt de materia que eſt ſubiectum for marum naturalium: ſed ſi aliquid oriatur ex nullis cauſis: id videtur eſſe ortum ex ni hilo: ſed hoc fieri nequit vt aliquid oriatur ex nihilo: ergo non eſt poſſibile caſum eſſe huiuſmodi id eſt talem qualē paulo ante diffiniuim⁹. ſecundū antiquos ꝙ ſit euentus





temerarius ſine connexione cauſarum. Quid ergo dicendum eſt de caſu. querit Boe tius. Eſt ne nihil in rerꝫ natura qꝺ iure poſſit appellari caſus vel fortuitum: vel eſt ali quid tametſi pro ꝗuis lateat vulgus: cui iſta vocabula conueniant.

Notandum ꝙ hec propoſitio ex nihilo nihil exiſtere vera eſt in comparatione ad cauſam particulareꝫ que in ſua actōe ꝑſuppōit ma teriā: tamen in compara tione ad cauſam vniuer ſaleꝫ que eſt cauſa totius entis nō eſt vera. vnde di cimus deum omnia crea ſe ex nihilo ⁊ fide tenem⁹: ſed antiqui de iſto modo productionis per creatio nem nō loquebantur ſed primo modo. Vnde Ari ſtoteles primo phiſicorū. Impoſſibile eſt aliquid fi eri ex his que non ſunt. in hac enim opinione conue niunt oēs qui de natura ent iūt. Ariſtoteles me us id inꝗt in phiſicis. Hic philoſophia ſoluit queſti onem de caſu . Et primo oſtendit eam eſſe ſolutaꝫ ab Ariſtotele: et oſtendit modum eius. Secūdo de clarat ꝙ caſus licet non habeat cauſas per ſe: ha bet tn̄ cās per accidens ibi. Hec ſunt igitur . Pri mo dicit. Ariſtoteles me⁹ id eſt doctrina mea nutri tus et deditus diffiniuit caſum in phiſicis id eſt in ſecūdo phiſicorum breui ratione: ⁊ propinqua veri id eſt veritati . et querit Boetius. Quonam inꝗ modo. dicit philoſophia. Quotiens aliquid geriꝛ id eſt fit gratia cu iuſpiam rei id eſt alicuius rei et aliud obtingit quibuſdam de cauſis ꝗ quod intende batur: illud vocatur caſus: vt ſi aliquis cauſa colendi agri fodiens humum inueniat pondus auri defoſſum: hec inuentio auri creditur fortuito id eſt a caſu accidiſſe: ve rum pro ſed talis euentus cauſualis non eſt de nihilo id eſt de nulla cauſa: ſicut dice bat diffinitio antiquorum. Nam euentus caſualis habet proprias cauſas quarꝫ ꝯcur ſus inopinat⁹ ⁊ iprouiſus ſupple ab eo qui aliquid fecit cā alterius rei videbiꝛ opat⁹ ēe caſuꝫ. niſi eiꝫ cultor agri foderet humū q̄ ſupple foſſio ē vna cā inuentōis auri: ⁊ niſi eo loci. i. loco depoſitor obruiſſꝫ. i. abſcondiſſet pecuniam ſuā que eſt alia cā inuentōis

Quid igitur inꝗ . Nihil ne eſt quod vel ca ſus vel fortuitum iure appellari queat. An eſt aliquid tametſi vulgus lateat: cui iſta vocabula conueniunt. Philo. Ariſto teles meus id inquit in phiſicis et breui ⁊ veri propinqua ratōe diffiniuit. Boetius. Quonam inꝗ modo. Philoſophia. Quo tiens ait aliquid cuiuſpiam rei gratia ge ritur: aliudqꝫ quibuſdam de cauſis ꝗ qꝺ intendebaꝛ obtingit caſus vocatur: vt ſi quis colendi agri cauſa fodiens: humum defoſſum auri pondus inueniat: hoc igiꝛ fortuito quidem crediꝛ accidiſſe: verū non de nihilo eſt. Nā ꝓprias cauſas hꝫ quarū improuiſus inopinatuſqꝫ concurſus caſuꝫ videtur operatus. Nā niſi cultor agri hu mum foderet: niſi eo loci pecuniā ſuam de poſitor obruiſſet: auruꝫ non eſſꝫ inuentum



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

auri aurum non eſſet inuentum. ¶ Notandum ꝙ caſus ſecundum Ariſtotelem eſt quando aliquid fit propter aliquem finem: vt foſſio agri propter ſeminationem: ſi aliquid aliud euenit ex quibuſdam cauſis preter hoc quod intendebatur: hoc eſt caſus: vt inuentio theſauri eſt caſualis eſt que non intendebatur a foſſore agri. Ex quo patet ꝙ inuentio theſauri eſt caſualis: nõ ideo ꝙ non eſt prouiſa a deo: ſed quia non eſt prouiſa ab homine: ⁊ ita caſus nihil eſt quo ad deum ſed eſt aliquid quo ad hominem preter cuius intentionem ⁊ ꝓuiſionem euenit.

**Hec ſunt igitur fortuiti cauſe compendij quod ex obuijs ſibi ⁊ cõfluentibus cauſis non ex gerentis intentione ꝓuenit. Neqꝫ enim vel qui aurum obruit vel qui agrum exercuit vt ea pecũia reperiretur intẽdit: ſed vti dixi quo ille obruit nunc fodiſſe cõuenit atqꝫ concurrit. Licet igitur diffinire caſum eſſe inopinatum et ex cõfluẽtibus cauſis in his que ob aliquid geruntur euẽtum. Concurrere vero atqꝫ confluere cauſas facit ordo ille ineuitabili cõnexione ꝓcedens: qui de ꝓuidentie fonte deſcendẽs cuncta ſuis locis temporibuſqꝫ diſponit.**

Hec ſunt igitur fortuiti. Hic oſtendit philoſophia ꝙ licet caſus habeat cauſas: non tamen habet cauſas per ſe: ſed per accidens dicens. Hec igitur ſunt cauſe fortuiti cõpendij id eſt fortuiti euentus quod fortuitum compendium prouenit ex cauſis obuijs ⁊ confluentibꝰ: non ex intentione gerentis. Non enim ille qui aurum obruit: vel qui agrũ exercuit id eſt fodit intendit vt ea pecunia reperiretur: ſed vt dixi preter gerentis intentionem euenit hunc fodere quo ille obruit pecunia ⁊ occurrit ſupple inuentio pecunie.

Notandum ꝙ cauſa efficiens non agit niſi moueatur a fine. Finis autem nõ mouet niſi ſecundum ꝙ eſt in intentione: ⁊ ideo reſpectu illius effectus qui eſt in intentione agens eſt cauſa per ſe ſi aliquid contingat in actione preter intentionem agentis illius: agens eſt cauſa per accidens: ⁊ ſic caſus quia contingit preter intentionẽ agẽtis: non habet cauſam agentem per ſe ſed per accidens. Licet igitur diffinire.

Hic philoſophia ſoluit ſecundam queſtionem oſtendendo quid ſit caſus. Concludit ergo diffinitionem eius ex iam dictis dicens. Licet igitur diffinire caſum eſſe euentum inopinatum ex cauſis confluentibus in his que geruntur ob aliquid aliud. Tunc oſtendit quomodo effectus caſualis cadit ſub ordine prouidentie. dictum eſt enim ꝙ caſus prouenit ex cauſis confluentibus. ꝙ autem cauſe confluant hoc prouenit ex ordine prouidentie. vnde dicit. Cauſas vero concurrere ⁊ confluere facit iſte ordo ſupple fatalis procedens ineuitabili connexione ſcilicet cauſarum: qui deſcendens ſupple ordo de fonte prouidentie cuncta diſponit ſuis temporibus ⁊ locis.

Notandum ꝙ diffinitio caſus eſt bona: quia per eam caſus diſtinguitur ab alijs. per hoc ꝙ dicitur caſus eſt euentus inopinatus excluditur effectus neceſſario eueniens: vel vt frequenter ſicut ſolem oriri vel hominem naſci cum quinqꝫ digitis in vna manu. talia enim nõ eueniũt caſualiter ⁊ inopinate. per hoc quod dicitur ex cõfluẽtibꝰ cauſis excluditur caſus primo modo dictus: qui ſecundũ antiquos ponebatur produci ex nulla connexione cauſarum. per hoc autem quod dicitur in his que geruntur ob aliquid aliud per hoc excluditur a caſu caſualitas per ſe. caſus enim et fortuna ſunt cauſe per accidens: et ſunt preter intentionem agentis.



Metrum primum quinti libri.

## Metrum primum quinti libri.

**Upis achemenie ſcopolis vbi verſa ſequentum**
**Pectoribus figit ſpicula pugna fugax**
**Tigris ⁊ eufrates vno ſeſe fonte reſoluũt**
**Et mox adiunctis diſſociantur aquis:**
**Si coeãt curſumqꝫ iterũ reuocent in vnũ**
**Confluat alterni quod trahit vnda vadi.**
**Conueniãt pupes et vulci flumine trunci**
**Mixtaqꝫ fortuitos iplicet vnda modos**

Upis achemenie ſcopolis. Iſtud ẽ primũ metrum illius quinti quod dicitur metrum elegiacum: ⁊ primum metrum eſt dactilicum examentrũ. Secũdũ eſt trocaicum penthametrum vel dactilicum penthametrum. In quo philoſophia oſtẽdit quomodo euentus caſualis ſe habet ad prouidentiam diuinam. Eſt autem materia exempli ꝙ tigris ⁊ eufrates ſunt duo fluuij ab eodem fonte procedentes qui poſtea ab inuicem diuiduntur: et ſi iterum concurrant neceſſe eſt naues ⁊ alia que per iſta flumina deferũtur ꝯcurrere: qui quidẽ cõcurſus prouenit inquãtũ reguntur de curſu iſtoꝝ fluuiorum: ⁊ tamen ẽ preter intentionem iſtoꝝ qui regũt naues. eodẽ modo ꝯcurſus cãrum caſualis quãuis ſit preter intẽtionẽ ipſoꝝ agentiũ: tñ cõcurrunt ſecundũ defluxum ordinis fatalis ex regimine diuine prouidentie. ⁊ quãuis nobis ignorantibus ordinẽ diuine ꝓuidẽtie videatur aliquid caſuale et fortuitũ: tñ in cõparatione ad deum oĩa ſunt ordinata ⁊ prouiſa. vnde dicit in littera. Tigris ⁊ eufrates reſoluũt ſeſe vno fonte: ſcopolis. i. concauitatibꝰ: rupis achemenie. i. montis parthie vbi ſcꝫ in parthia fugax pugna verſa ſpicula. i. ſagittas figit pectoribꝰ ſequentiũ. Eſt enĩ conſuetudo ꝑthoꝝ ꝙ fugiendo pugnant ſagitando a tergo ꝯtra inſequentes: ⁊ mox. i. poſt paruũ ſpaciũ tigris et eufrates diſſociãtur abiũctis aquis ſupple alijs: ⁊ ſi dicti fluuij iterum coeant. i. cõueniant ⁊ reuocent in vnum curſũ confluat. i. oportet cõfluere illud qꝺ vnda alterni vadi. i. vtriuſqꝫ fluminis trahit. i. ſecum ducit: et conueniant pupes et trunci vulſi id eſt eradicati: flumine id eſt ꝑ flumen: et vnda mixta id eſt confluens: implicet id ẽ implicabit fortuitos modos: quia vnda faciet concurrere fortuitu naues et truncos: quos tamen vagos caſus id eſt caſuales euentus: regit ipſa decliuia terre id eſt depreſſio terre dans viam flumo: et defluus ordo lapſi gurgitis id eſt currentis aque regit illos vagos curſus: et ita eſt de euentu caſuali reſpectu prouidentie. vnde dicit. ſors id eſt caſus vel fortuna que videtur fluitare: permiſſis habenis id eſt ſine regimine: illa patitur frenos id eſt regimina: et meat id eſt tranſit: ipſa lege id eſt per ipſam legem diuine prouidentie.

Nota ꝙ ſcribitur in geneſi. Tigris et eufrates ſunt flumina quorum ortus eſt in paradiſo. Sed Hieronymus auctoritate Saluſtij dicit ꝙ ortus tigris et eufratis demonſtrantur in armenia id eſt in parthia: cui videtur Boetius conſentire. Beatus

autem Auguſtinus ſuper geneſim ad litteram iſtam contrarietatem concordat dicēs. Illud contingit in iſtis fluminibus quod in alijs experimur: ſcilicet ꝙ aliquādo abſorbentur a terra ⁊ iterum oriuntur: ⁊ quia hoc ſepe poteſt contingere: ideo de ortu ipſoꝝ fluuiorum diuerſa poſſunt dici. quando enim Moyſes dicit in geneſi ꝙ oriantur in paradiſo: poteſt intelligi de prima origine eorum: ſed quod dicitur ab alijs ꝙ alias oriantur: poteſt itelligi de ortu eoruꝫ ſecūdario. Notandum ꝙ parthia eſt regio quedam que alio nomine dicitur archemenia. vnd̄ dicūtur hoīes parthi qui vincūt hoſtes ſuos fugiēdo ſagittas a tergo mittēdo: ⁊ ſic amor vīcend⁹ ē fugiēdo. vnd̄ poeta dicit. Qua ſpecie martis cedit victoria parthis. Cypria parte ſimili quoq; vincitur arte. Cypris id eſt venus q̄ colebatur in cypro: et pauper henric⁹. Proſcribas igit̄ gladijs ⁊ fuſtib⁹ ipſ⁊ ſupple amoreꝫ: ⁊ fugiendo fuga quem fuga ſola fugat.

Quos tn̄ ipſa vagos terre decliuia caſus
Gurgitis ⁊ lapſi defluus ordo regit
Sicq; permiſſis fluitare videt̄ habenis
Sors patitur frenos ipſaq; lege meat.

## Proſa ſecunda quinti libri.

Animaduerto inq̄: idq; vti tu dicis ita eſſe conſentio. Sed in hac herentiuꝫ ſibi ſerie cauſarum eſt: ne vlla noſtri arbitrij libertas an ipſos q̄ꝫ humanorum motus animorum fatalis cathena conſtringit. Philoſophia. Eſt ne inquit. neq; enim fuerit vlla rationalis natura quin eidē libertas aſſit arbitrij. Nā quod ratione vti naturaliter poteſt: id habet iudicium quo quodq; diſcernat: per ſe igitur fugienda optandaue dinoſcit.

Proſa .ij. quīti libri.

Animaduerto inq̄. Hic incipit ſecunda pſa hui⁹ quīti: in qua incipit determinare de cōueniētia liberi arbitrij ad puidēnā diuinā. Et primo querit an liberum arbitrium poſſit ſtare cum prouidentia diuina. ⁊ philoſophia probat liberum arbitrium eſſe. Secundo oſtendit quomodo diuerſificatur in diuerſis. ⁊ tertio oſtendit actus liberi arbitrij cadere ſub prouidentia diuina. ſecunda ibi. Sed hanc. Tertia ibi. Que tamen. Primo dicit. Animaduerto inq̄ id eſt cognoſco quomodo caſus ſtat cum prouidentia; ⁊ ita conſentio ſicut dixiſti: ⁊ querit Boetius. eſt ne vlla libertas arbitrij in hac ſerie cauſarum ſibi herentium: an fatalis cathena id eſt fatalis neceſſitas: conſtringit motus id eſt effectus humanorum animorum. Tunc philoſophia probat liberum arbitrium eſſe dicens. Libertas arbitrij ē non obſtante predicta connexione cauſarum. neq; enim fuerit id eſt eſſe poterit vlla rationalis natura quin libertas arbitrij eidem aſſit. ⁊ accipitur hic rationalis natura large pro omni eo quod habet cognitionem intellectiuam. probat autem ꝙ omni nature rationali inſit liberum arbitriū dicens. Illud qđ poteſt naturaliter vti ratōne id hꝫ iudiciū quo diſcernat vnūqđq; igit̄ p ſe dinoſcit. i. diſcernit fugiēda ⁊ optāda, qđ





autem quis iudicat optandū: id petit id eſt proſequitur et refugit illud quod eſtimat eſſe fugiendum: quare quibus ineſt ratio: illis ineſt libertas volendi ⁊ nolendi. poteſt ergo ratio ſic formari. Omne quod poteſt vti ratione habet iudicium cognoſcendi fugienda et optanda: ſed qđ quiſq; iudicat optandum proſequitur: ⁊ quod iudicat fugiendum hoc refugit: ergo omne quod poteſt vti ratione habet libertatem volendi et nolendi. Notandum ꝙ dicit illud qđ vtitur ratione habet iudiciuꝫ quo diſcernat vnumquodq;. hoc dicit ad differentiam iudicij naturalis qđ eſt in brutis quo non iudicatur vnū quodq; agendum: ſed aliqđ particulare: ſicut ouis nō iudicat de quolibet fugiendo: ſꝫ tantū de lupo. et apes non habent induſtriam ad faciendum aliquod opus: niſi ad fauos mellis: ſed iudiciū ratōis ē de quolibet que agunt̄.

Quod vero quis optandum iudicat eſſe petit: refugit vero quod eſtimat eſſe fugiendum. Quare quibus ineſt ratio: illis etiam ineſt volendi nolendiq; libertas.

Sed hanc non in omnibus equam eſſe conſtituo. Naꝫ ſupernis diuiniſq; ſubſtantijs: et perſpicax iudicium: et incorrupta voluntas: et efficax optatorum preſto eſt poteſtas. Humanas vero animas liberiores quidem eſſe neceſſe eſt: cum ſe in mentis diuine ſpeculatione conſeruant. minus vero cum dilabuntur ad corpora minuſq; etiam cum terrenis artubus caligantur. extrema vero eſt ſeruitus cum vicijs dedite rationis proprie poſſeſſione ceciderint. Nam vbi oculos a ſum-

Notandum ꝙ dicit habens rationis iudicium per ſe iudicat proſequendum vel fugiendum. licet enim bruta quodam modo cognoſcant fugienda vel proſequenda: non tamen per ſe: quia non ſunt cauſa iudicij. homo autem non ſolum cognoſcit finem et ordinata in fineꝫ: ſed cognoſcit ea vniuerſaliter vel per modum collationis: vel per modum ſillogiſticum. etiam homo ſuū iudicium iudicat ⁊ diſcernit: q2 intellectus eſt virtus ꝯuerſa ſupra ſe. Sꝫ hanc nō in oib⁹. Hic oſ̄dit phīa quomō liberuꝫ arbitrium diuerſificat̄ in diuerſis. ſ. in angelis ⁊ hoībus dicens. Hanc. ſ. libertatem arbitrij nō conſtituo eſſe equam. i. equalem in oībus: quia maior eſt in ſubſtantijs diuinis q̄ꝫ in hoībus. Naꝫ ſupernis ⁊ diuinis ſubſtātijs ineſt perſpicax iudiciū. i. infallibile iudiciuꝫ: et ineſt eis incorrupta voluntas. i. inflexibilis ad malum: et in eis eſt preſto. i. parata efficax poteſtas optatoꝝ q2 non eſt in eis impedimentū executōis. Hūanas vero aīas neceſſe eſt eſſe liberiores quādo conſeruant ſe in ſpeculatōe diuine mentis: minus vero libere ſunt cū dilabunt̄ ad corpora. i. ad curam rerum corporalium: et adhuc minus libere ſunt; cum caligantur terrenis artub⁹. i. affectibus quibus min⁹ reſiſtere poſſunt paſſionibus inſurgentibus. Extrema vero. i. maxima eſt ſeruitus animarū quādo dedite vicijs ceciderunt a poſſeſſione proprie rationis q̄ regi. i. dirigi debeāt in agendo. Naꝫ vbi id eſt poſt q̄ꝫ anime deiecerint oculos rationis et intellectus a luce ſumme veritatis ad inferiora ⁊ tenebroſa id eſt ad terrena et carnalia; mox caligantur. i. obſcurantur nube inſcientie id eſt ignorantie; et turbantur pernicioſis affectibus id eſt paſſionibus quibus acce



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dendo:⁊ conſentiendo: adiuuant id eſt augmentant ſeruitutem quam ſibi inuexere id eſt induxerunt: ⁊ anime vicioſorum ſunt quodāmodo captiue propria libertate.

Notandum ꝙ liberum arbitrium eſt libertas iudicandi ⁊ exequendi res. vel ſecū dum Boetiuꝫ ſuper primo periarmenias liberum arbitrium eſt de voluntate iudiciuꝫ animi nullo extrinſeco: aut violenter cogente: aut violenter impediente, nullo cogente ad faciendum quod diſplicet: nullo impediente ne fiat quod placet.

Notandum ꝙ liberum arbitrium in duobus cōſiſtit: ⁊ in libertate iudicādi: ⁊ in libertate exequendi iudicata. Primū ſcilicet libertatem iudicādi impedit ignorantia: ſꝫ libertatem exequendi impedit impotentia executionis ⁊ corruptio voluntatis. quandoqꝫ enim poſſumus bonū perficere: tamen voluntate corrupta vicio non perficimus. in ſubſtantijs autem ſeparatis non eſt ignorantia iudicandi: nec impotentia perficiendi: nec corruptio voluntatis: ergo in eis eſt maxima libertas arbitrij. Intelligentie enim in nullo falluntur: ergo habent perſpicax iudicium: ⁊ nūꝗ volunt niſi bonum: ergo ineſt eis incorrupta voluntas: ⁊ poſſunt perficere quicquid deſiderant: ergo in eis eſt efficax poteſtas optatorum.

me luce veritatis ad inferiora ⁊ tenebroſa deiecerint mox inſcicie nube caligantur: pernitioſis turbātur affectibus. Quibus accedendo conſentiendoqꝫ quam īnexere ſibi adiuuant ſeruituteꝫ: ⁊ ſunt quodāmō propria libertate captiue. Que tamen ille ab eterno cuncta proſpiciens prouidentie cernit intuitus: ⁊ ſuis queqꝫ meritis predeſtinata diſponit

id eſt omnia videt et omnia audit.

Notandum ꝙ quidam dixerunt fuiſſe de intentione Platonis animas humanaſ ſimul eſſe creatas in celo: ⁊ poſtea deſcendere in corpora: ⁊ in eis detineri tanꝗ in vinculis. ſecundum illos gradus libertatis animarum humanarum quas ponit in littera ſic diſtinguuntur: ſcilicet ꝙ anime cum ſint in celo create in contemplatione diuine mētis ſunt maxime libere. cum autem iam ſunt colligate corporibus: adhuc ſunt minꝰ libere: ſed minima libertas eſt in eis quando ſubduntur vicijs. iſta tamen expoſitio nō teget ſecundum veritatem: ideo aliter exponitur: ꝙ illas animas neceſſe eſt eſſe liberiores que contemplationi diuine inſeruiunt: vt anime virtuoſorum ⁊ contemplatiuorꝫ quorum conuerſatio in celis eſt. Ille autem ſunt minus libere que dilabuntur ad corpora id eſt que deſcendunt ad curam rerum temporalium: ſicut ſunt practici qui negociantur circa bona temporalia ad communem vtilitatem diſpenſanda. adhuc minus libere ſunt anime que terrenis artubus colligantur id eſt que deſcendunt ad curā dum proprium corpus ⁊ propriam vtilitatem. minime autem libere ſunt que ſubdite vitijs rationem amittunt. vicioſus enim non vnius tantum domini eſt ſeruus: ſꝫ tot dominorum quot viciorum ſecundum beatum Auguſtinum.

Que tamen ille. Hic oſtendit philoſophia quomodo actus liberi arbitrij cadūt ſub prouidentia diuina: quia propter hoc ꝙ diuina cognitio ſe extendit ad omnia dicens. que omnia dicta quo ad diuerſos gradus libertatis ⁊ quo ad omnes actus in





de prouenientes cernit ille intuitus prouidentie diuine cuncta proſpiciens: ⁊ queqꝫ pdeſtinata diſponit ſuis meritis reddendo bonis bona ⁊ malis mala: ⁊ hoc confirmat auctoritate greca que ſonat in latino. Omnia videt deus ⁊ omnia audit. vl' ſecunduꝫ alios ſonat. Deus illuſtrat omnia clarius ꝙ ſol. Notandum ꝙ licet diuina prouidentia ab eterno omnia proſpexit: non tamen propter hoc neceſſitatur liberum arbitrium ad faciendum bonum vel malum: quia ſecundū Ariſtotelem tertio ethicorum. Homo eſt dominus ſuarum operationuꝫ a principio vſqꝫ ad finem. Et ergo ſecunduꝫ merita operationum liberi arbitrij recipit penam vel premiuꝫ.

## Metrum ſecundum libri quinti.

Uro clarum lumine phebum
Mellifluí canit oris homerus
Qui tamen intima viſcera terre
Non valet aut pelagi radiorum
Infirma prorumpere luce.
Haud ſit magni conditor orbis
Huic ex alto cuncta tuenti:
Nulla terre mole reſiſtunt
Non nox atris nubibus obſtat
Que ſint que fuerint veniantqꝫ
Uno mentis cernit in ictu
Quem quia reſpicit omnia ſolus
Uerum poſſis dicere ſolem

Metrum ſecundum quinti libri.

Uro clarum lumine phebum. Iſtō eſt metrum ſecundum huius quinti quod dicitur archiloicum ab inuentore: dactilicum a pede predomināte: In quo philoſophia commendat excellentiam diuine cognitionis in comparatiōe ad ſolem materialem dicens. Homerus oris melliflui id eſt dulcis eloquentie: canit id eſt deſcribit: phebuꝫ id eſt ſolem clarum puro lumine. forſan enim Homerus fecit librum de claritate ſolis: qui ſcilicet ſol non valet prorumpere id eſt penetrare: intima viſcera id eſt profunda terre: ⁊ pelagi id eſt maris: infirma id eſt debili luce radiorum: haud ſit id eſt non ſic habet ſe conditor magni orbis ſcilicet deus: ſed ipſe ſua cognitione penetrat omnia: cum nihil poſſit ipſum latere huic ſcilicet conditori tuenti id eſt reſpicienti cuncta ex alto ſcilicet celo terre ſibi reſiſtunt: nulla mole id eſt magnitudine ſicut obſiſtunt radijs ſolis. nec etiam nox obſcura obſtat ſibi atris nubibus: immo in vno ictu mentis id eſt in vno mentali intuitu cernit que ſunt quantum ad preſentia: que fuerunt quantum ad preterita: que veniunt quantum ad futura: quem ſcilicet conditorem: quia reſpicit omnia ſolus: tu poſſis dicere verum ſolem.

Notandum licet deus omnia cognoſcendo preuideat etiam illa que fiunt ex libero arbitrio: voluit tamen quaſdam creaturas eſſe liberi arbitrij: quia hoc magis decet diuinam bonitatem. ſicut enim melius ⁊ nobilius eſt regnuꝫ in quo non tantum ſeruitur regi a ſeruis ſed etiam a liberis: ꝙ vbi tantum ſeruitur a ſeruis: Sic melius erit regnum dei ⁊ decentius ex hoc ꝙ ſunt alique creature, libere ſeruientes: ſicut homo et

angelus ꝙ ſi eſſent ſole creature ſeruiliter operantes: cuiuſmodi ſunt omnes creature preter hominem et angeluꝫ que ex determinatione nature neceſſitantur ad ſua opera.

Proſa tertia quinti libri.

Um ego en inq̄. Hic incipit tertia proſa huius quinti in qua Boetius obijcit contra predicta oſtendens non poſſe ſimul ſtare prouidentiam et liberum arbitrium. et primo premittit ꝙ dicta poſſūt habere dubitationem. ſecundo ponit rationeꝫ dubitationis ibi. Nimium inq̄. Primo dicit. Tum ꝓ tunc finitur. d. p. ego Boetius inq̄. O philoſophia rurſus ego confundor difficiliori ambiguitate. ⁊ q̄rit philoſophia. Quenaꝫ eſt iſta ambiguitas. iam enim coniecto id eſt iudico quibus tu perturbare id eſt perturbaris.

## Proſa tertia libri quinti.

Um ego en inq̄ difficiliori rurſus ambiguitate confundor. Philoſophia. Quenam inquit eſt iſta. iam enim quibus conturbare coniecto Boe: Nimiuꝫ inq̄ aduerſari ac repugnare videtur prenoſcere vniuerſa deum et eſſe vlluꝫ libertatis arbitrium. Nam ſi cuncta proſpicit deus: neqꝫ falli vllomodo poteſt: euenire neceſſe eſt quod prouidentia futuruꝫ eſſe preuiderit. Quare ſi ab externo non facta hominum modo: ſed etiam conſilia voluntateſqꝫ prenoſcit: nulla erit arbitrij libertas. Neqꝫ eniꝫ vel factum aliud vllū vel quelibet exiſtere poterit voluntas: niſi quaꝫ neſcia falſi prouidentia diuina preſenſerit. Nam ſi aliorum quam prouiſa

Notanduꝫ ꝙ coniectare eſt ex aliquibus ſignis aliquid putare: ⁊ ſic philoſophia coniectat per locum a communiter accidentibus dubitationem Boetij: quia communiter quicumqꝫ loquebātur de prouidentia ⁊ libero arbitrio dubitabant de compaſſibilitate coruꝫ. Nimium inq̄. Hic Boetius exprimit ſuam dubitationem oſtendens prouidentiam et liberum arbitrium eſſe incompaſſibilia. Primo facit hoc. Secundo excludit quaſdaꝫ vias quibus aliqui conabantur defendere prouidentiam ibi. Quid igitur. Ad probādum ergo incompaſſibilitatem predictorum ponit tres rationes. Secunda ibi. Ad hec. Tertia ibi. Poſtremo. Primo ponit primam rationem. Secundo excludit quandam ſolutionem eiꝰ ibi. Neqꝫ eiꝫ vel factum aliud. Primo dicit. Nimium videtur aduerſari et repugnare deum prenoſcere vniuerſa: et eſſe vllum libertatis arbitrium: ꝙ autem iſta repugnant probat. Nam ſi deus proſpicit cuncta neqꝫ vllo modo falli poteſt: neceſſe eſt euenire illud quod prouidentia preuiderit eſſe futurum: quod ſi non eueniret. falleretur prouidentia quare ſi ab eterno: nonmodo id eſt non tantum facta hominum ſed etiam conſilia et voluntates prenoſcit: nulla erit libertas arbitrij: ſed oīa euenirent de neceſſitate. ꝙ aūt deus ſua prouidentia oīa prenoſcat declarat. Neqꝫ eīm poterit exiſtere aliquod factum vel aliqua voluntas niſi quā preſenſerit id ē pre-





ſciuerit prouidentia diuina: neſcia id eſt non potens fall:: nec poſſunt aliter euenire ꝙ preuiſa ſunt. Nam ſi valent detorqueri aliorſum: ſcilicet vt a.iter eueniant ꝙ preuiſa ſunt: non erit iam firma preſcientia dei: ſed potius erit incerta opinio: quod iudico nephas credere de deo. Notandum ꝙ ex littera ſic formatur ratio. Illa que prouidentur infallibiliter de neceſſitate eueniunt: ſed omnia prouidentur a deo infallibilit: ergo omnia de neceſſitate eueniunt: ⁊ ſic perit libertas arbitrij.

Notanduꝫ ꝙ ſcientia dei non eſt opinio: quia opinio eſt eorum que ſic ⁊ aliter ſe poſſunt habere: ex primo poſteriorum. Sciētia autem eſt eorum que non poſſunt ſe aliter habere: ergo ſcientia d:i non ē dicēda opinio. Neqꝫ eiꝫ illam probo rationeꝫ. Hic philoſophia excludit quādam reſponſionē que poſſet dari ad predictam rationeꝫ. ⁊ primo ponit eā. ſecundo eam excludit ibi. Quaſi vero. Primo dicit: Neqꝫ eniꝫ probo id eſt approbo illam rationem id eſt reſponſionem: oua quidam credunt ſe poſſe diſſoluere nodum id eſt difficultatē queſtionis. Aiūt eniꝫ non ideo quid eſſe vēturum: quoniā prouidentia proſpexerit illud eſſe futurum id eſt venturum: ſed potius econtrario id eſt econuerſo: quoniam quod futurum eſt illud non poſſe latere prouidētiam diuinam: quaſi dicat euentus rei eſt cauſa preſcientie ⁊ non econuerſo: ⁊ ideo ex euentu debet concludi neceſſitas preſcientie: non econuerſo ſecundum eos: et iſto modo neceſſarium eſt hoc quod concluditur de euentu relabi in contrariam partem: ſcilicet vt quod concluditur de euentu: hoc concludatur de preſentia. Neqꝫ enim neceſſe ē contingere que prouidentur ſecundum eos: ſed que futura ſunt neceſſe eſt prouideri.

ſunt detorqueri valent non iam erit futuri firma preſcientia: ſed opinio potius incerta: quod de deo credere nephas iudico Neqꝫ enim illam probo rationem qua ſe quidam credunt hunc queſtionis nodum poſſe diſſoluere. Aiunt enim non ideo q̇d eſſe eventurum: quoniam id prouidentia futurum eſſe proſpexerit: ſed econtrario potius: quoniam quod futurum eſt: id diuinam prouidentiam latere non poſſet: eoqꝫ modo neceſſarium eſt hoc in contrariam relabi partem. Neque enim neceſſe eſt contingere que prouidentur: ſed neceſſe eſt que futura ſunt prouideri.

Quaſi vero que cuiuſqꝫ rei cauſa ſit preſcientia ne futurorum neceſſitas ſit an

Notandum ꝙ prior ratio pretendebat ꝙ omnia futura de neceſſitate eueniant: quia deus futura infallibiliter preuidet. reſponſio autem quorūdam dicit contrariuꝫ. Dicit enim non ideo: quia deus preuidet futura neceſſario eueniunt: ſed quia futura ſunt: ideo deus ea preuidet.

Quaſi vero que cuiuſqꝫ rei cauſa ſit preſcientia. Hic excludit iſtam reſponſionē dicens. Iſta reſponſio procedit quaſi laboraretur querendo cuius rei cauſa ſit preſcientia: vtrum ſit cauſa neceſſitatis futurorum: vel vtrum neceſſitas futurorum ſit cauſa prouidentie: ſed nos nitamur id eſt laboramus hoc demonſtrare: ſcilicet neceſſarium eſſe euentum rerum preſcitarum quoquo modo id eſt quocumqꝫ modo ſe habeat

oꝛdo cauſarum. Et ſi pro'ꝙuis preſcientia non videatur inferre neceſſitatem eueniendi rebus futuris: qđ declarat exemplo dicens. Si aliquis ſedeat neceſſe eſt opinionē eſſe veram que coniectat eum ſedere: et econuerſo ſi de aliquo vera ſit opinio quia ſedet: neceſſe eſt eum ſedere. igitur in vtroq; ſcilicet in opinione ⁊ ſedente eſt neceſſitas. in hoc ſcilicet in ſedente eſt neceſſitas ſedendi: in altero ſcilicet in opinione eſt neceſſitas veritatis: ſed non idcirco quiſq; ſedet ſupple caſualiter: quoniam vera eſt opinio: quia veritas opinionis non eſt cauſa ſeſſionis: ſed hec ſcilicet opinio potius eſt vera: qm̄ pceſſit quempiam id eſt aliquem ſedere. et ita cū cauſa veritatis ex altera parte procedit: tamē in vtroq; ē cōmunis neceſſitas. et eodez modo contingit arguere de prouidentia et de his que prouidentur. Unde dicit. patet id ē manifeſtuz eſt ratiocinari de prouidētia et de rebus futuris. Nam ⁊ſi pro ꝙuis idcirco prouidentur quoniam futura ſunt: non tamen ideo eueniūt quoniā prouidentur: nihilominꝰ tamen neceſſe eſt a deo vꝫ ventura prouideri vel prouiſa euenire: ita ꝙ vtriq; parti ieſt neceſſitas ꝙuis alteri caſualitas: qđ ſoluz ſatis eſt id eſt ſufficit ad perimendam libertatē arbitrij. Notandum ꝙ reſpōſio iſta quā innuit in littera videtur fuiſſe ipſiꝰ Origenis: qui ſupra epiſtolam ad Roma. ſic dicit. Nō propterea aliquid erit: quia illud deus ſcit futuruz: ſed quia futurū eſt ideo ſcitur a deo anteq̄ fiat: qđ tamen poteſt intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ euentus rei ſit cauſa preſcientie ſecundū rationem cōſequentie: et ſic reſpōſio ē vera. Alio mō poteſt intelligi ꝙ euentꝰ rei ſit cā preſcientie ſecūdū exiſtētiam: ⁊ ſic eſt falſa: ⁊ hoc mō improbatur hic a Boe. Pimo ergo oſtendit Boetius ꝙ iſta reſponſio non eſt ad propoſitum. Secundo oſtendit ꝙ non includit veritatez ibi.

futurorum neceſſitas cauſa prouidentie laboretur. Ac non illud demonſtrare nitamur quoquo modo ſe habeat ordo cauſarum. Neceſſariū eſſe euētum preſcitarū rerum etiaz ſi pſcientia futuris rebus eueniendi neceſſitatē nō videatur inferre. eteiz ſi quiſpiam ſedeat opinionēq; euz ſedere coniectat veram eſſe neceſſe eſt. Atq; conuerſio rurſus ſi de quopiam vera ſit opinio: quoniam ſedet eum ſedere neceſſe eſt. In vtroq; igitur neceſſitas inē. In hoc quidez ſedendi at vero in altero veritatis Sed nō idcirco quiſq; ſedet quoniam vera eſt opinio: ſ; hec potius vera ē qm̄ quēpiam ſedere preceſſit. Ita cum cauſa veritatis ex altera parte procedat: ineſt tamē communis in vtraq; neceſſitas. Similia de prouidentia: ſimulq; rebus ratiocinari patet. Nam etſi idcirco quoniam futura ſunt prouidentur: non vero ideo quoniam prouidentur eueniunt: nihilominus tamē a deo vel ventura prouideri, vel prouiſa euenire neceſſe eſt: ꝙ ad perimendum arbitrij libertatem ſolum ſatis eſt.





Jam vero ꝙ̄ prepoſterū eſt. Hic philoſophia oſtendit ꝙ iſta reſponſio includit falſitatem: quia ponit ꝙ aliquod temporale ſit cauſa eterni. dicunt enim ꝙ res future ſint cauſa prouiſionis eterne. vnde dicit. Jam vero prepoſterum eſt id eſt peruerſum eſt: vt euentus rerum temporalium dicatur eſſe cauſa eterne preſcientie quod dicitur in iſta reſponſione. vnđ ſubdit. Quid eſt aliud arbitrari deum ideo prouidere futura: quoniaz ſunt euentura ꝙ̄ putare que olim acciderit id eſt ipſa futura eſſe cauſam ſumme prouidentie: quaſi diceret nihil eſt aliud dicere.

Jam vero ꝙ̄ pпoſterum eſt vt eterne preſcientie temporalium rerum euentus cauſa eſſe dicatur. Quid eſt autem aliud arbitrari ideo deum futura quoniam ſunt euētura prouidere: ꝙ̄ putare que olim acciderunt cauſaz ſumme illius eſſe prouidentie Ad hec ſicuti cum quid eſſe ſcio: idipſuz eſſe neceſſe eſt: ita cum quid futuruz noui: id ipſum futurum eſſe neceſſe eſt. ſic fit igitur vt euētus preſcite rei nequeat euitari. Poſtremo ſiquid aliquis alioꝛſum ꝙ̄ ſeſe res habet exiſtimet: id non modo ſcientia non eſt: ſed eſt opinio fallax a ſcientie veritate longe diuerſa. Quare ſiquid ita futurum: eſt vt eius certus ac neceſſarius non ſit euentus id euenturum eſſe preſciri quomodo poterit. ſicut enim ſcientia ipſa impermixta eſt falſitati: ita id quod ab ea concipitur eſſe aliter ꝙ̄ concipitur nequit.

Notandum eſt ꝙ nullum temporale ē cauſa eterni: ſed potius econuerſo. Indignius enim non eſt cauſa dignioris eo ꝙ cauſa dignior eſt effectu. temporale autē eſt indignius eterno: ſicut corruptibile i corruptibili: ergo ⁊ cetera

Ad hec ſicuti cuz quid eſſe ſcio. Hic ponit ſecundam reſponſionez ad probandum ſecundā concluſionem dicens. ad hec ſupple predicta addenda eſt hec ratō: ſicuti cum ſcio eſſe quid id eſt aliquid neceſſe eſt ipſum eſſe: ita cuz noui quid futurum: neceſſe ē idipſum eſſe futurum. ſic igitur fit id eſt contingit vt euentus rei preſcite nequeat euitari.

Nota ꝙ ratio ſic poteſt formari ſicut ſe habet ſcientia reſpectu ſcibilis preſentis: ſic preſcientia reſpectu effectus futuri. Sed cum ſcio in preſenti aliquid eſſe neceſſe eſt ipſum eſſe: Ergo cum preſcitur aliquid futurum eſſe: neceſſe eſt ipſum futurum eſſe: Sed deus preſcit omnia futura: ergo neceſſario eueniunt: ⁊ ſic iterum tollitur libertas arbitrij. Poſtremo ſi quid aliquis. Hic ponit tertiam rationem ad idem dicens. Siquis exiſtimet aliquid eſſe alioꝛſum id eſt aliter ꝙ̄ res ſe habeat: illud non modo id eſt non tantum non eſt ſcientia: ſed eſt fallax opinio longe diuerſa a veritate ſcientie: quare ſi aliquid ita futurum eſt vt eius euentus non ſit certus et neceſſarius: quomodo illud poterit preſciri euenturum: quaſi diceret nullo modo. Cuius rationem aſſignat dicens. Sicut ipſa ſcientia eſt impermixta falſitati: ſic illud quod concipitur ab ea nō pōt aliter eſſe ꝙ̄ concipitur: q: ſi poſſ; alit̄ ſe hēe; tunc ſciā poſſ; eē falſa

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Ea namqʒ cauſa eſt cur mendacio ſcientia careant: ꝙ ſe ita rem quãqʒ habere neceſſe eſt: vti eam ſeſe habere ſcientia comprehendit. Quid igitur. Quonammodo deus hec incerta futura prenoſcit. Nam ſi ineuitabiliter ventura cenſet que etiam non euenire poſſibile eſt fallitur quod ſentire non modo nephas eſt: ſed etiam voce proferre. At ſi ita vti ſunt ita ea futura eſſe decernit: vt eque vel fieri ea vel nõ fieri poſſe cognoſcat. que eſt hec preſciẽtia q̃ nihil certum nihil ſtabile cõprehẽdit. aut quid hoc refert vaticinio illo ridiculo Tireſie quicquid dicã aut erit aut non. Quo etiaʒ diuina prouidentia humana opinione preſtiterit: ſi vti homines incerta iudicat quorum eſt incertus euentus.

vnde ſubdit. iſta eſt cauſa quare ſcientia caret mendacio: quia neceſſe eſt vnamquãqʒ rem ita ſe habere ſicut ſcientia comprehendit eam ſe habere.

Notandum ꝙ ratio quem intendit eſt iſta. Quicumqʒ exiſtimat rem aliter eſſe q̃ eſt: eius eſtimatio eſt falſa: ⁊ non eſt ſcientia ſed fallax opinio: ergo ſi deus preſcit aliquod futurum eſſe: ⁊ ſi ipſum non neceſſario euenit ſicut preſciuit: preſcientia dei non erit ſcientia ſed fallax opinio: ergo futura a deo preuiſa neceſſario eueniunt: et ſic perit liberuʒ arbitrium. Quid igitur. hic philoſophia improbat modos quibus aliqui nituntur ſaluare prouidentiaʒ. Et primo querit quomodo poſſit ſaluari prouidẽtia diuina improbando duos modos quibus aliqui conabantur ipſaʒ ſaluare. Secundo ponit tertium modum ſimiliter ipſum improbando. ſecũda ibi. Quod ſi apud. primo dicit. quid igitur dicemus. Quonam modo dici poteſt ꝙ deus prenoſcat hec futura incerta. Primus modus eſt vt dicatur deuʒ ea que ꝓuidet iudicare infallibiliter: q̃uis poſſint non euenire: ſed id eſt inconueniens: quia tũc falleretur ſua prouidẽtia. Unde dicit. Nam ſi deus cenſet id eſt iudicet euenire infallibiliter que etiam poſſibile eſt nõ euenire: fallitur ſupple deus quod nõ modo id eſt nõ tantum nephas eſt ſentire de deo: ſed etiam nephas eſt voce proferre. Secundus modus eſt vt dicatur deum prouidere futura indeterminate ſicut futura ſunt. ſed iſto modo prouidentia dei non eſt certa. vnde dicit. Si deus diſcernit iſta futura eſſe que prouidentur indeterminate: ſicut ſunt vt ſcilicet cognoſcat ea eque id eſt equaliter poſſe fieri vel non fieri: que eſt iſta preſcientia que nihil certum nihil ſtabile comprehendit: quaſi dicat talis prouidentia nulla eſt. et quid hec preſcientia differt ab alio vaticinio ridiculoſo Tireſie: qui dicebat quicquid dicam hoc erit vel non erit. Quo etiam id eſt in quo diuina prouidentia preſtiterit id eſt preualebit humana opinione ſi iudicat incerta: ſicut homines ea quorum euentus eſt incertus: quaſi dicat in nullo differt. Notandum ꝙ cum Tireſias vidiſſet duos ſerpentes ſimul coire proiecto baculo ipſos ſeparauit ab inuicem: ⁊ mutatus fuit in mulierẽ: poſt ſeptennium iterum ſerpentes coeuntes baculo ſeparauit: ⁊ mutatus fuit in virũ





Quod ſi apud illum rerum omnium certiſſimum fontem nihil incerti eſſe poteſt: certus eoruʒ eſt euentus que futura firmiter ille preſcierit. Quare nulla eſt humãis conſilijs actionibuſqʒ libertas: quas diuina mens ſine falſitatis errore cuncto ꝓſpiciens: ad vnum alligat et conſtringit euentuʒ. Quo ſemel recepto: quantus occaſus humanaruʒ rerum conſequatur liquet. Fruſtra enim bonis maliſqʒ premia pene ve proponuntur. Que nullus meruit liber ac voluntarius motus animorum.

Cum autem orta fuiſſet diſſentio inter Iouem ⁊ Iunonem: an maior eſſet delectatio in coitu viri q̃ mulieris: electus fuit Tireſias in iudicem qui expertus erat ſortem vtriuſqʒ ſexus. Cum autem diceret maiorem eſſe delectationem mulieris: Iuno commota excecauit ipſuʒ. Iupiter autẽ ſui miſertus in recompenſam amiſſi viſus dedit ſibi ſpiritum vaticinandi. Fuit autem hec ſua vaticinatio. quicquid dicam erit vel non erit. Si ergo deus non aliter preſciret futura indeterminata niſi quia erunt vel non erũt: non differret ſua preſcientia a preſcientia Tireſie: quod eſt ridiculoſum. Quod ſi apud illũ. Hic põit tertiũ modũ conantium ſaluare prouidentiam. Et eſt vt ponamus omnia euenire de neceſſitate: ⁊ auferamus liberum arbitrium. Primo ergo ponit iſtum modum. Secundo oſtendit que inconuenientia ſequantur ad ipſum ibi. Quo ſemel. Primo ergo cõcludit iſtũ modum dicens: ꝙ ſi apud illum certiſſimum fontem omnium rerum nihil poteſt eſſe incertum: certus eſt euentus eorum que ipſe firmiter preſciuerit futura: quare nulla erit libertas humanis conſilijs ⁊ actionibus: quas diuina mens ſine errore falſitatis cuncta proſpiciens alligat ⁊ conſtringit ad vnum euentum.

Notandum ꝙ nulla mutatio cadit circa fontem omnium rerum: quia cognitio eius non poteſt eſſe incerta: etiam ſi eſſet incerta eſſet imperfecta ⁊ diuina. ſi ergo eſt certa reſpectu futurorum: neceſſe eſt vt omnia futura preſcita a deo neceſſario eueniant.

Quo ſemel recepto. Hic ponit inconuenientia que ſequuntur ſi auferatur liberũ arbitrium. Et primo oſtendit que inconuenientia ſequuntur ex parte hominum. ſecundo que ex parte dei. tertio que ex parte coniunctionis hominuʒ ad deum. ſecunda ibi. Quo nihil. tertia ibi. Igitur ne ſperandi. Inconuenientia ex parte hominum ſunt. ſi non ſit liberum arbitrium fruſtra proponuntur hominibus pene vel premia: ⁊ iniuſte puniuntur mali ⁊ premiantur boni: nec erunt vicia nec virtutes in hominibus ſicut nec in alijs qui agunt neceſſitate nature ⁊ non libertate animi. Unde dicit. Quo ſemel recepto. i. poſito. ſ. vt negetur liberum arbitrium: liquet id eſt manifeſtum eſt: q̃tus occaſus. i. q̃ta deſtructio humanarum rerum cõſequatur. Fruſtra enim ꝓponuntur bonis p̃mia ⁊ malis pene: ita ſtatuta ⁊ leges humane erunt inutiles: que penas ⁊ premia ſtatuunt: que nullus motus animorum liber ac voluntarius meruit. Et illud videbitur iniquiſſimum omnium quod nunc iudicatur equiſſimũ ſcilicet puniri improbos ⁊ remunerari ꝓbos: quos ad alterum. i. ad ꝓbitatem vel improbitatem non mittit propria voluntas

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſed cogit certa neceſſitas futuri. igitur virtutes et vicia non fuerint quicꝙ̃: ſed potius erit mixta ⁊ indiſcreta confuſio omnium meritorum ſcilicet bonorum et malorum.

Nota ꝙ omnes virtutes et vicia oriuntur ex libera electione boni ⁊ mali: ⁊ ſimiliter punitio et remuneratio fiunt propter liberam actionem boni vel mali. Si ergo tollitur libertas arbitrij non erit libera electio: nec libera actio bona vel mala: et per conſequens nulla erit virtus nullum vicium: et iniuſte malus punietur: cum ex neceſſitate malum operetur et iniuſte bonus premietur cuz ex neceſſitate operetur bonum: quod eſt abſurdũ dicere. Quo nihil ſceleratius. Hic oſtendit inconueniens quod ſequitur ex parte dei ſcilicet ꝙ deus erit auctor malorũ. vnde dicit. Cum omnis ordo reruz ducatur ex prouidentia diuina: ⁊ ſi nihil liceat habere fieri ex humanis conſilijs: fit id eſt ſequitur: vt vicia noſtra referantur in auctorem omnium, ſupple deum: quo nihil ſcelerati⁹ excogitari poteſt ꝙ̃ deum dicere auctorem malorum: quod tamen neceſſarium eſt ablata libertate.

Notandum ꝙ defectus in operatione: qui defect⁹ non eſt in poteſtate rei vt euitetur: neceſſario eſt ab agente ⁊ a producente. ſi ergo actio voluntatis noſtre non eſt libera: defectus actionis ſecundum voluntatem reducetur in deum: et ſic deus erit cauſans defectum noſtrum quod eſt abſurdum. Igitur nec ſperandi aliquid. Hic ponit inconuenientia que ſequuntur ex coniunctione hominis ad deuz quia tolleretur actus deprecandi et actus ſperandi: quibus maxime coniungimur deo. vnde dicit. Igitur ſi tollitur liberum arbitrium: nec vlla ratio eſt ſperandi aliquid: nec deprecandi inter deum et homines. Quid eniz quiſꝙ̃ deprecetur vel ſperet: ſi ſeries indeflexa cõnectit omnia optanda: quaſi dicat fruſtra fieret. vtrumꝙ̃ igitur aufertur illud vnicum commertium ſcilicet ſperandi et deprecandi inter deuz et homines. vocat autem ſpem et deprecationem commertium: quia iſtis mercamur omnia beneficia. vñ ſubdit: ſiquidez precio iuſte humilitatis nos homines promeremur ineſtimabilẽ vicẽ i. retributõez diuine grẽ: q̃ modus deprecãdi ſolus ẽ quo hoĩes videãtur poſſe colloq̃

Idq; omnium videbitur iniquiſſimum quod nunc equiſſimum iudicatur vel puniri improbos: vel remunerare probos: quos alterutrum non propria mittit voluntas: ſz futuri cogit certa neceſſitas. Nec vicia igitur: nec virtutes quicquam fuerint: ſed omnium merito potius mixta atq; indiſcreta confuſio. Quo nihil ſceleratius excogitari poteſt: cum ex prouidẽtia rerum omnis ordo ducatur: nihilq; liceat conſilijs humanis fit: vt vicia queq; noſtra ad bonorum omnium referantur auctorem. Igitur nec ſperandi aliquid nec deprecandi vlla ratio eſt. Quid eiz vel ſperet quiſq; vel etiã deprecet quãdo optanda oĩa indeflexa ſeries cõnectit. Auferet igitur vnicũ illud inter hoĩes deumq; cõmertiũ ſperandi ſcz et deprecandi ſiquidez iuſte humilitatis precio ineſtimabilez





cum deo ⁊ coniungi inacceſſibili luci ſupple deo priuſꝙ̃ homĩes impetrent qđ petũt. prius enim preces porrigimus ꝙ̃ effectum noſtre petitionis conſequamur: que. ſ. ſpes ⁊ deprecatio: ſi nihil credantur habere virium recepta id eſt conceſſa neceſſitate futurorum: quid erit quo connectit id eſt coniungi atꝙ̃ adherere poſſumus illi ſummo principi rerũ. q. d. nihil: quare neceſſe erit genus humanuz diſſeptum id eſt diſſipatuz atꝙ̃ diſiunctũ: ſuo fonte id eſt a ſuo principio ſupple a deo: fatiſcere id eſt deficere vti pauloãte cantabas i ſexto metro quarti libri.

Notandum ꝙ actus deprecandi ſpectat ad intellectũ: ⁊ eſt orõ ſcđm Johannẽ damaſce. aſcenſus intellectus ad deuz vel in deũ quo q̃dẽ actu inſinuamus deo indigentiam noſtrã nõ ꝙ deo p. iſinuatõez noſtrã aliq̃d inoteſcat qđ pri⁹ ignorauerit: ſ; vt nos ipa inſinuatiõe vtendo cõſideremus i his eſſe recurrendum ad diuinum auxilium. Actus autem ſperandi pertinet ad voluntatez: quia eius obiectum eſt bonum futuruz. per iſtum actum adheremus deo tanꝙ̃ perfecto principio bonitatis innitentis eius auxilio ad conſequenduz bonum quo indigemus. ſed ſi huiuſmodi bonuz neceſſario eueniret vel impoſſibile eſſet euenire: vtrꝙ̃ actus taz deprecandi ꝙ̃ ſperandi eſſet inutilis.

vicẽ diuine gratie promeremur qui ſolus modus eſt: quo cum deo colloqui homĩes poſſe videantur: illiq; inacceſſibili luci prius quoq; ꝙ̃ impetrent ipa ſupplicanda ratione coniungi: que ſi recepta futurorum neceſſitate nihil viruz habere credantur: quid erit quo ſummo illi reruz principi cõnecti atq; adherere poſſumus. Quare neceſſe erit humanum genus vti pauloante cantabas diſſeptum atq; diſiunctum ſuo fonte fatiſcere.

Metrum tertium libri quinti:

Uenam diſcors federa rerum
Cauſa reſoluit quis tanta deus
Ueris ſtatuit bella duobus
Ut que carptim ſingula conſtant:
Eadem noluit mixta iugari

Metrum tertium quinti libri.

Uenam diſcors federa rerum. Cauſa reſoluit: quis tanta deus. Hic incipit tertium metrum huius quinti quod dicitur adonicum vel ſecundum alios archiloicum ab inuentore: dactilicum a pede predominante. vnde facit exclamationem ſuper incompaſſibilitate que apparet inter prouidentiam ⁊ liberum arbitrium. Et primo querit quare ſint incompaſſibilia: cum per ſe conſiderata ſint paſſibilia. Secundo ponit reſponſionem ad hoc. Tertio contra reſponſionem obiicit. Quarto obiectionem ſoluit. Secunda ibi. An nulla. Tertia ibi. Sed cur tanto. Quarta ibi. An cuz mentem. Primo dicit. Quenam diſcors. cauſa reſoluit id eſt ſeparat: federa id eſt concordias rerum ſcilicet prouidẽtie diuine ⁊ liberi arbitrij: ne compatiantur ſe ſimul: aut quis deus tanta bella ſtatuit duobus veris ⁊ ſingula vera: que carptim id eſt ſigillatim vel diuiſim accepta: cõſtant. i. ꝑmanẽt: eadez tñ mixta. i. coniũcta: noluit iugari id eſt copulari ſe inuicem compatiendo. Tunc ponit reſponſionem dicens: ꝙ iſtis duobus veris. ſ. ꝓuidẽtie ⁊ libero arbitrio nulla ẽ diſcordia; ſed apparẽtia diſcordie ꝓuenit ex

t

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

debilitate noſtri intellectus. vnde di. An eſt nota ſolutionis nulla ē diſcordia veris ſi ſp certa coherent ſibi: ſ mens noſtra obruta. i. oppreſſa: mēbris cecis. i. cecantib⁹ aiam: illa nequit igne. i. oppreſſi luminis ſcilicet intellectus noſcere tenues. i. ſubtiles: nexus. i. coniunctiones rerū que videntur diſcordare. Notandum ſi conſiderem⁹ ꝓuidentiā diuinam ꝑ ſe: poſſibile eſt eam eſſe: ſi conſiderem⁹ liberū arbitriū ꝑ ſe etiā poſſibile ē eum eſſe: vt patꝫ ex dictis. Sꝫ ſi cōſideremus vtrūqꝫ ſimul: tūc videnꝭ incōpaſſibilia ſicut pꝫ ex rationib⁹ ſuperioribus. ſecūdū veritatē aūt ſe bñ ꝯpatiunꝭ: ſed nobis nō apparet: q: intellect⁹ nr̄ oppreſſus mole corpis nō poteſt ſe eleuare i hmōi cognitionē. Nam ſecundū ſapiētem corp⁹ qđ corrūpitur aggrauat aiam: ⁊ terrena habitatio opp̄mit ſenſuꝫ multa cogitantē. Sed cur tāto flagrat amore. Hic phia obijcit ꝯ ſolutionē. Si enī aia ignoret iſtas ſubtiles ꝯiunctiōes: vñ eſt ꝙ deſiderat eas ſcire: cū nihil ignotuꝫ poſſit deſiderari. vñ dicit. Sed cur aia flagrat. i. ardet tāto amore. i. deſiderio: repire notas tectas. i. notificationes latentes: veri id eſt veritatis. Scit ne mens illud quod ipſa anxia id eſt ſollicita appetit noſſe: quaſi dicat nō: q: nēo appetit ſcire illud quod ſcit. ⁊ hoc ē quod dicit. Quis laborat ſcire nota: quaſi dicat nullus. oportet igitur dicere ꝙ neſciat: ⁊ tūc ſequitur aliud inconueniens ſcilicet ꝙ anima deſideret illud quod neſcit. Unde dicit. Si neſcit illud quod petit: qđ petit. i. deſiderat mens ceca id eſt ignorans. Quis enim neſcius optet id eſt deſideret quicꝗ̄. An quis poteſt ſequi neſcita: aut quis neſcius poteſt noſcere quo inueniat ſupple illud quod querit. ⁊ quis ignotus id eſt neſcius: queat id eſt poteſt noſcere formam repertam: quaſi dicat nullus.

An nulla eſt diſcordia veris
Semperqꝫ ſibi certa coherent
Sed mens cecis obruta membris
Nequit oppreſſi luminis igne
Rerum tenues noſcere nexus.
Sed cur tanto flagrat amore
Ueri tectas reperire notas
Scit ne quod appetit anxia noſſe
Sed quis nota ſcire laborat
Et ſi neſcit quid ceca petit.
Quis enim quicꝗ̄ neſcius optet
An quis valeat neſcita ſequi
Quoue inueniat quis repertam
Queat ignotus noſcere formam.

Notandum ꝙ dictum eſt in reſpōſione ꝙ anima ignorat compaſſibilitatem prouidētie ⁊ liberi arbitrij: ſed deſiderat eam ſcire. Contra hoc arguit ſic. Nullus appetit ſcire quod ſcit. Si anima deſiderat ſcire aliquid vel ignorat illud vel ſcit. ſi ſcit: ergo nō deſiderat ipſum ſcire: q: nullus appetit ſcire quod ſcit: cuꝫ omnis appetitus ſit ratione carentie. Si autem ignorat illud quod deſiderat: quomodo ignotuꝫ deſideratur: cum voluntas non querat incognitū: ideo ſi ignorat nunꝗ̄ cognoſcet. Quis enim ignotum inueniet. Si enim paterfamilias quereret ſeruum fugitiuum quem ignoraret: poſſet ſibi multotiens occurrere ꝙ ipſum non inueniret: ſicut dicit Linquoniēſis ſup p̄io poſterioꝝ.

An cū mentē cerneret altā. Hic ſoluit obiectionē. vbi notādū ꝙ Plato poſuit aias eē in celo creatas ⁊ habere cognitioneꝫ oim ꝑfectam: ſ per lapſuꝫ ad corpa eam obliuiſci





cognitionem rerum in particulari ⁊ retineri eam in vniuerſali: ⁊ poſtea per exercitium recuperare cognitionem rerum in particulari. vnde dicit ſic. An eſt nota ſolutionis: cū anima cerneret. i. ſpecularetur: altam mentem. i. profundam menteꝫ dei: ipſa pariter ⁊ ſimul norat. i. nouerat: ſummaꝫ. i. vniuerſaleꝫ cognitionem: ⁊ ſingula. i. ſingularem cognitiōeꝫ rerum: ſed nunc ipſa condita. i. tecta nube membroruꝫ non eſt oblita ſui: in totum id eſt totaliter: ſed ipſa tenet ſummam id eſt cognitioneꝫ vniuerſalem rerum: perdēs ſingula. i. ſingularem cognitioneꝫ. igitur quiſquis requirit. i. inueſtigat cognoſcere veratalis ē neutro habitu ſupple vt perfecte cognoſcat vel qđ oīno ignoret. vnde dicit. Nam neqꝫ nouit ſcꝫ in ſpeciali ⁊ perfecte illud qđ requirit: nec penit⁹ neſcit omnia: ſed ipſe meminit id eſt in memoria habet: ſummam. i. vniuerſalē cognitionē quā retinēs cōſuluit ſupple actuali cōſideratione: retractās. i. reuocans per ſtudiū: alte id ē ſubtiliter: viſa id eſt p̄i⁹ in ſpeciali cognita: vt ipſe queat addere oblitas partes: partibus ſeruatis ſupple in memoria.

An cum mentem cerneret altam
Pariter ſummam ſingula norat
Nunc membrorum condita nube
Non in totum eſt oblita ſui
Summamqꝫ tenet ſingula perdens.
Igitur quiſquis vera requirit
Neutro eſt habitu: nam neqꝫ nouit
Nec penitus tamen omnia neſcit
Sed quam retinens meminit ſummam
Conſuluit alte viſa retractans
Ut ſeruatis queat oblitas addere ꝑtes.

Proſa quarta libri quinti.

Um illa vetus inquit hec eſt de ꝓuidētia querela a Marcoqꝫ tullio cū diuinatōeꝫ diſtribuit vehemēter agitata: tibiqꝫ ipſi res diu ꝑſus multūqꝫ

Notandū ꝙ ſecūduꝫ iſtā viā Platonis ſolueretur ratio prius tacta: vel anima ſcit ꝙ deſiderat vel neſcit. dico ꝙ neſcit in ſpeciali ⁊ in propria forma: ſed ſcit in vniuerſali. ⁊ cum dicitur nullus deſiderat ignotum: verum eſt ſicut eſt ignotum in vniuerſali: tamen deſiderat ipſum vt eſt ignotum in ſpeciali. ⁊ cum dicitur ſi ignoret nunꝗ̄ inueniet: verū eſt ſi ignorat tam in generali ꝙ̄ in ſpeciali. ⁊ ſi ignorat in potentia ⁊ in actu: ſi tameꝫ ſcit in potentia ⁊ in vniuerſali: ⁊ ignorat actu ⁊ in propria forma: poteſt ipſuꝫ inuenire ⁊ addiſcere.

Proſa quarta vltimi libri.

Um nulla vetus iquit. Hec eſt proſa quarta huius quinti: in qua philoſophia incipit diſſoluere queſtionem de cōpaſſibilitate ꝓuidentie ⁊ liberi arbitrij. ⁊ primo tangit difficultatem huius queſtionis ⁊ cauſam difficultatis: ⁊ tangit modum ꝓcedendi circa eius ſolutionē. Scđo diſſoluit eaꝫ ibi. quero enim. Primo dicit. ħ querela. i. queſtio hec de ꝓuidentia eſt vetus: ⁊ eſt vehementer agitata. i. pertractata a Marco tullio: cū diſtribuit. i. diuidit diuinationē in li. diuinationꝫ: vbi diuidit diuinationē in ſuas ſpecies non ſolū hoc: ſed tibi ipſi ⁊ res multū diu queſita. Sed haud quaꝗ̄. i. non alicubi ab vllo veſtrū ſatis diligenter ⁊ firmiter expedita: cui⁹ caliginis. i. diſ-



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

ficultatis cauſa eſt ꝙ motus id eſt actus humane ratiocinationis non poteſt admoueri id eſt applicari ad ſimplicitatem diuine preſcientie id eſt prouidentie: que ſi vllo modo queat excogitari: nihil relinquetur prorſus ambigui quod ſcilicet rationem ⁊ cauſaȝ difficultatis ita demum patefacere ⁊ expedire tẽptabo: ſi priᵒ expandero .i. declarauero ea quibus tu moueris. Notandum ꝙ queſtio de prouidentia diuina ⁊ libero arbitrio ẽ omnium queſtionum difficillima de qua multi antiquorum dubitabant: ⁊ nõnulli modernorum propter eiꝰ difficultateȝ lapſi ſunt: quam Tulius in libro diuinationum pertractans ⁊ non valens: diſſoluere eius difficultatem: negat penitus prouidentiam et preſcientiam futurorum a deo in predicto libro diuinationum. Quero enim. Dic philoſophia accedit ad ſolutioneȝ q̃ſtionis. ⁊ primo diſcutit motiua Boetij. ſecundo ſoluit dubitationeȝ ſiue queſtionem. ibi. Quoniam igitur. Circa primuȝ ſciendũ ꝙ duo fuerunt motiua Boetij principalia circa hanc queſtionẽ. Primuȝ quia videtur neceſſarium ſi deus preuidet futura ꝙ neceſſario eueniũt. Secundũ motiuum ꝙ futura quoruȝ euentus eſt incertus ſicut ſunt futura cõtingentia nõ poſſunt a deo certa prouideri. Primo ergo ptractat primum motiuum. Secundo ſecundum. ibi. Sed hoc inquis. Primo oſtendit ꝙ ſi deus prouidet futura non propter hoc neceſſario eueniunt. Secundo mouet dubitationem. ibi. Sed quid fieri poteſt. Primo oſtendit ꝙ ex preſcientia dei non infertur neceſſitas libero arbitrio. Secundo oſtendit ꝙ preſcientia dei non ſit ſignum neceſſitatis futurorum. ibi. Sed preſcientia. Circa primam ſciendum eſt ꝙ prius improbauit quandam reſponſionem qua quidam nitebantur impedire rationem oſtendentem non eſſe liberum arbitrium propter preſcientiam diuinam. quam reſponſionem hic reſumit oſtendens eam aliquo modo eſſe bonam: quia ſufficienter impedit intentionem aduerſarij. Nam aduerſarius ex nullo alio probat neceſſitatem futurorum: niſi quia ſunt preſcita a deo. Cur igitur ex reſponſione habeatur ꝙ preſcientia nullaȝ cauſalitatẽ habet ſuper futura: videtur ſufficienter oſtenſum eſſe: ꝙ ea que procedunt ex libero arbitrio non ſunt neceſſaria. Primo

queſita: ſed haud quaq̃ ab vllo veſtrum hactenus ſatis diligenter ac firmiter expedita. cuius caliginis cauſa eſt ꝙ humane ratiocinationis motus ad diuine preſcientie ſimplicitatem non poteſt admoueri. que ſi vllo modo cogitari queat: nihil prorſus relinquetur ambigui. quod ita demuȝ patefacere atqȝ expedire temptabo: ſi prius ea quibus moueris expandero. Quero enim cur illam ſoluentiuȝ rationem minus efficacem putes: que quia preſcientia non eſſe futuris cauſam neceſſitatis exiſtimat: non impediri preſcientia arbitrij libertatem putat. num enim tu aliam de argumentum futurorum neceſſitatis trahis niſi ꝙ ea que preſciuntur non euenire non poſſunt. ſi igitur prenotio nullam futuris rebus adiicit neceſſitatem quod tu etiam pauloante fatebare: quid eſt ꝙ voluntarii exitus rerum ad certum cogantur euentũ





Etenim poſitionis gratia vt quid conſequatur aduertas ſtatuamus nullam eſſe p̃ſcientiam. num igitur quantum ad hoc attinet que ex arbitrio eueniunt ad neceſſitatem coguntur. Boe. Minime. Philoſophia. Statuamus iteruȝ eſſe: ſed nihil rebus neceſſitatis iniũgere manebit vt opinor eadem voluntatis integra atqȝ abſoluta libertas. Sed preſcientia inquies: tãetſi futuris eueniendi neceſſitas non eſt: ſignum tamen eſt neceſſario ea eſſe vẽtura. Hoc igitur non etiam ſi precognitio non fuiſſet: neceſſarios futuroruȝ exitus eſſe cõſtaret. Omne etenim ſignum tãtum quid ſit oſtendit: nõ vero efficit quod deſignat: quare demonſtranduȝ prius eſt non nihil ex neceſſitate contingere vt prenotionem

ergo ponit iſtam reſponſioneȝ reſumendo eius ſolutionẽ dicens. Quero eĩm cur illaȝ rationem ſoluentium putes minus eſſe efficacem que putat libertateȝ arbitrij non impediri a preſcientia: quia eſtimat preſcientiã nõ eſſe cauſam neceſſitatis futuroruȝ. ꝙ autem per iſtam reſponſionem impediatur illatio neceſſitatis futuroruȝ patet ex hoc: quia tu non trahis aliunde argumentum neceſſitatis futurorum: niſi ꝙ ea que preſciuntur non poſſunt non euenire. Si igitur prenotõ id eſt preſcientia futurorũ nullam adiicit id eſt iponit neceſſitatem rebus futuris vt dicit reſponſio: ⁊ tu etiam fatebare pauloãte quid eſt id qꝺ eſſe poterit ꝙ voluntarij exitus cogantur ad certum euentũ rerum: ⁊ ita per iſtam reſponſionem excluditur neceſſitas futurorum. ⁊ manifeſtat ſe in exemplo dicẽs. Ut aduertas q̃d conſequatur gratia poſitiõis id eſt exempli: ſtatuamus id eſt ponamus ꝑ impoſſibile nullam eſſe preſcientiam futurorum: igitur hoc poſito quãtũ ad h .i. quantum ad iſtam illationeȝ: q̃ ex preſcientia concluditur neceſſitas futurorum: ea q̃ eueniũt ex arbitrio cogũturne ad neceſſitatem: dicit Boe. Minime. ⁊ philoſophia. Statuamus iterum eſſe prouidentiã: ſed nihil neceſſitatis iniungere rebus futuris: manebit vt opinor eadem libertas voluntatis integra ⁊ abſoluta ab omni neceſſitate. Notanduȝ ꝙ prior ſolutio improbata fuit bona ⁊ mala. in hoc fuit bona quia poſuit preſcientiam non eſſe cauſam neceſſitatis futurorum. dicit enim. Ideo futura eueniunt: non quia deus ea prouidet: ſed in hoc fuit mala: quia poſuit futura eſſe cauſa preſcientie dei. dixit enim. quia futura ſunt: ideo deus ea preuidet. patet ergo ex reſponſione antiquoruȝ ꝙ preſciẽtia non eſt cauſa neceſſitatis rebus futuris. Sed preſcientia inquies. Hic oſtendit philoſophia ꝙ preſcientia diuina non ſit ſignum neceſſitatis rebus futuris. Secundo oſtendit ꝙ modus probandi ex ſigno non eſt efficax ibi. Iam vero. primo dicit. Tu inquies id eſt dicere poteris: tametſi pro q̃uis preſcientia non ſit neceſſitas eueniendi rebus futuris: tamen eſt ſignum ea neceſſario eſſe ventura: ⁊ ita ex preſcientia poteſt inferri neceſſitas futurorum tanq̃ ex ſigno. Hoc igitur modo ponendo preſcientiam eſſe ſignum neceſſitatis futurorum cõſtaret exitus id eſt euentus futurorum eſſe neceſſarios: etiam ſi non fuiſſet precognitio: qꝺ probat ex natura ſigni dicens. Omne nãqȝ ſignum tantum oſtendit quid ſit id eſt manifeſtat illud



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

cuius eſt ſignum:ſed non efficit quod ſignat:quare vt prenotionem id eſt prouidentiaʒ appareat eſſe ſignum neceſſitatis futurorum:demonſtrandum erat prius nihil contin gere non ex neceſſitate id eſt omnia euenire neceſſario:alioquin ſi hec neceſſitas futuro rum nulla hec eſt illa preſcientia poterit eſſe ſignum eius rei que non eſt:⁊ ita non valet arguere neceſitatem futurorum ex preſcientia tanq̄ ex ſigno. Notandum ꝙ ſignum non eſt cauſa eius cuius eſt ſignum:ſed tantum manifeſtat ſignatum eſſe:vt circulus non eſt cauſa venditionis vini:ſed tantum eſt ſignum venditionis. Si ergo preſcientia eſſet ſignum neceſſitatis futurorum:preſupponeret futura eſſe neceſſaria:⁊ ſic ad oſtendendum preſcientiā eſſe ſignū neceſſitatis futurorū:oporteret prius oſtendere futura neceſſario eſſe futura anteq̄ preſcientia eſſet ſignū neceſſitatis futurorum:alias preſcientia eſſet ſignum alicuius rei que non eſt:qđ eſt abſurdum.

Jam vero. Hic oſtendit modum probandi ex ſigno non eſſe efficacem. ⁊ dicit. Conſtet id eſt manifeſtum eſt rationem ſubnixaʒ id ē firmatā probatione .i. demonſtratione eam non eſſe ducendaʒ ex ſignis neq̄ ex argumentis extrinſecus petitis id eſt acceptis:ſed firma ratio ducenda ex conuenientibus id eſt ex proprijs ⁊ neceſſarijs cauſis. Cum ergo predicta ratio proceſſerit ex ſigno: non eſt efficax ⁊ demonſtratiua:cuʒ ſit a poſteriori. Demonſtratio autē que eſt potiſſima probationū ipſa eſt a priori cum ſit ex cauſis per ſe immediatis prioribus ⁊ notioribus:⁊ pro tanto etiam demōſtratio eſt ſilogiſmus faciens ſcire efficax ad probandum: ex primo poſteriorum.

ſignum eſſe huius neceſſitatis appareat: alioquin ſi hec nulla eſt: nec illa quidem eius rei ſignum poterit eſſe que non eſt.

Jam vero probationem firma ratione ſubnixam conſtat: non ex ſignis neqʒ petitis extrinſecus argumentis:ſed ex conuenientibus neceſſarijſqʒ cauſis eſſe ducendam. Sed qui fieri poteſt: vt ea non perueniant que futura eſſe prouidentur. Quaſi vero nos ea que prouidentia futura eſſe prenoſcit non euentura credamus: ac non illud potius arbitremur:licet eueniant:nihil tamen vt euenirent ſui natura neceſſitatis habuiſſe.

Quod huic facile perpendas licebit:

Sed quid fieri poteſt. Hic philoſophia mouet quandam dubitationem ⁊ ſoluit eaʒ videtur enim ex dictis ſequi ꝙ aliqua poſſunt preſciri que tantum non neceſſario eueniunt. ſi auteʒ non neceſſario eueniunt poſſunt non euenire:⁊ ſic ſequitur ꝙ aliquod preſcitum a deo non eueniat. Primo ergo philoſophia dubitando de hoc querit dicens. Ex quo ita eſt ꝙ ea que ſunt preſcita non ſunt neceſſaria: ſed poſſunt non euenire qui id eſt quomodo fieri poteſt vt ea que prouidentur futura eſſe non proueniant. Tunc ſoluit dubitationem dicens:ꝙ non negatur ꝙ preſcita non eueniant:immo oportet dicere ꝙ preſciētia eueniant:ſed tñ non eueniūt de neceſſitate. Unde dicit. quaſi vo. q. d. Iſta dubitatio ꝓcedit quaſi nō credam⁹ ea que ꝓuidētia ꝑnoſcit nō eſſe euentura:ſed h̄ non eſt verū:ſed potius arbitremur illud ſcʒ ꝙ licet futura eueniāt:nihil tamen neceſſitatis





habuiſſe in ſui natura vt euenirent id eſt. manifeſtat in exemplo quomodo aliquid certe comprehendit:qđ tamen non eſt neceſſarium dicens ꝙ aliquid cognitum eueniat:⁊ tamen non neceſſario licebit ꝙ tu hoc perpendas hinc id eſt ex tali exemplo. intuemur enim plura ſubiecta oculis:dum fiunt id eſt dum ſunt in fieri ſicut ea que videntur aurige facere in moderandis ⁊ flectendis quadrigis ⁊c̄. Uidemus ad hunc modum vt q̄ fiunt in alijs actibus voluntarijs nūquid vlla neceſſitas cōpellit aliquod illorum ita fieri ſicut oculis videt̄. dicit Boe. Minime: ⁊ aſſignat rationē. fruſtra enim eſſet effectus artis: ſi omnia mouerent̄ coacta: ⁊ fruſtra eſſet ars flectendi quadrigam:ſi neceſſario flecteretur: igitur illa que cum fiunt carent neceſſitate exiſtendi: eadē ſunt futura ſine neceſſitate priuſq̄ fiāt. Ex quo cōcludit ꝙ quedaʒ ſunt euētura quoruʒ exitus .i. euētus eſt abſolutus ab omni neceſſitate. ⁊ forſan aliquis diceret: nam ea que nunc fiunt non erant futura priuſq̄ eſſent. hoc excludit dicens. nulluʒ arbitror eſſe dicturuʒ: ꝙ que nunc fiunt euentura nō fuerūt. hoc enim eſſet nimis irrationabile:ideo neceſſario concluditur ꝙ hec etiam precognita habent euētus liberos: quia ſicut ſcientia preſentium nihil importat neceſſitatis his rebus que fiunt in preſenti:ſicut patet in exemplo predicto de regimine quadrige: ita preſcientia futurorum nihil importat neceſſitatis his que ventura ſunt.

Plura enim dum fiunt ſubiecta oculis intuemur:vt ea que in quadrigis moderandis atqʒ flectendis facere ſpectantur aurige atqʒ ad hunc modum et cetera. Num igitur quicq̄ illoruʒ ita fieri neceſſitas vlla compellit. Boetius. Minime. Philoſophia. Fruſtra enim eſſet artis effectus ſi omnia coacta mouerentur:que igitur cuʒ fiunt carent exiſtendi neceſſitate eadē prius q̄ fiāt ſine neceſſitate futura ſūt. Quare ſunt quedam euentura quorum exitus ab omni neceſſitate abſolutus ſit. Nam illud quidem nullum arbitror eſſe dicturuʒ ꝙ que nunc fiunt priuſq̄ fierent, euentura non fuerint. Hec etiaʒ igitur precognita liberos habent euentus.

Nota ꝙ licet futura in comparatione ad diuinam prouidētiam ſint neceſſaria neceſſitate condicionata:non tamen omnia ſunt neceſſaria neceſſitate abſoluta. Multa enim libere eueniunt ſicut ea que fiunt ab arte ⁊ a voluntate ⁊ regimen quadrigaꝝ. Si enim regimen quadrigarum neceſſario eueniret:fruſtra eſſet res regendi quadrigā.

Notandum ꝙ ſicut res actu fiunt ita erunt future:ſed quedam actu libere fiunt:ergo erunt libere future:⁊ per conſequens non omnia ſunt neceſſario futura:licet neceſſitate condicionata inquantum comparantur ad prouidentiam diuinam: non tamen in ſui natura conſiderata neceſſario eueniunt neceſſitate abſoluta ſicut poſtea videbitur:vbi diſtingue duplicem neceſſitatem condicionatam ⁊ abſolutam.

Sed hoc inquis. Hic philoſophia diſcutit motiuum Boetij vtrum futura incerta ſicut ſunt contingentia poſſint certe preſciri. ⁊ primo mouet dubitationē de hoc:⁊ tāgit rationem dubitationis. Secundo aſſignat cauſam erroris ibi. Cuius erroris cauſa

eſt. dicit primo. Sed tu inquis o Boeti hoc ipſum dubitatur an poſſit eſſe vlla preno-
tio id eſt preſciencia illarum rerum que non habent neceſſarios exitus id eſt euentus.
hoc enim nullo modo videtur poſſibile. Cum enim videntur hec diſſonare preſcientia
⁊ continentia: tu enim putas ſi preuideantur contingentia neceſſario ipſa conſequi: ⁊
ſi neceſſitas deſit minime ipſa preſciri: ⁊ putas nil poſſe comprehendi preſcientia di-
uina niſi certum: ⁊ ſi ea que
ſunt icerti exitus id eſt euē
tus ſicut contingentia: ſi p
uidentur illa quaſi certa: tu
putas illud eſſe caliginem
opinionis non veritatem
ſcientie: et in hoc tu decipe
ris: cuius deceptionis cau-
ſa eſt error tuus circa iudi-
cium cognitionis. Credis
enim diuerſum eſſe ab inte
gritate ſcientie aliter arbi-
trari rem ꝙ ſe habeat: ⁊ in
hoc erras.

Notandum ꝙ quia nos
non poſſumus futura con-
tingentia certe prenoſcere:
putamus ſimiliter deū hoc
non poſſe. res enim eodem
modo ſe habēs diuerſimo
de a diuerſis poteſt cogno
ſci. Unde cognoſcere rem
aliter ꝙ ſe habet ex parte
rei cognite non eſt ſcientia
Sed cognoſcere rem ali-
ter ꝙ ſe habeat ex parte co
gnoſcentis bene eſt ſcien-
tia: ⁊ ſic futura contingen-
tia licet in ſe ſint incerta: poſſunt tamē preſciri a deo ſine errore falſitatis. Cuius erro
ris cauſa eſt. Hic aſſignat cauſam erroris. Ubi notandum ꝙ cauſa erroris quare puta-
mus futura incerta non poſſe certe preſciri: quia putaē ꝙ facultas cognitionis ſit ſecū
dum facultatem rei cognite ⁊ non ipſius cognoſcentis quod eſt falſum. Primo ergo
premittit huiuſmodi cauſam erroris. Secundo improbat ipſam. ibi. Nam vt hoc bre-
ui. dicit primo. Cuius erroris cauſa eſt: quia exiſtimatur ꝙ omnia que quiſq; nouit: il-
la cognoſcit tantum ex vi ⁊ natura ipſorū que ſciuntur ⁊ non ex vi cognoſcentis: quod
totum eſt contra id eſt per contrarium: quia res magis cognoſcuntur ſecundum natu-
ram cognoſcentis. Omne enim quod cognoſcitur non comprehenditur ſecundum ſui
vim id eſt ſecundum modum ſue nature: ſed potius ſecundum facultatem cognoſcen-
tis. Notandum ꝙ ſi cognitio eſſet ſecundum facultatem rei cognite: tunc res ab om
nibus eodem modo cognoſceretur: ⁊ ſic aliquid comprehenderetur eodem modo ab in
tellectu humano ⁊ diuino: quod falſum eſt: quia que ſunt incerta comprehenſione hu-
mana: ſunt certa comprehenſione diuina. cognitio ergo potius attenditur ſecundum fa

Nam ſicut ſcientia preſentium rerum ni-
hil his que fiunt: ita preſcientia futurorū
nihil his que ventura ſunt neceſſitatis im
portat. Sed hoc inquis ipſum dubitatur
an earum rerum que neceſſarios exitus
non habent vlla poſſit eſſe prenotio. diſſo
nare etenim videntur: putaſq; ſi prouide
antur conſequi neceſſitatem: ſi neceſſitas
deſit minime preſciri: nihilq; ſciētia com
prehendi poſſe niſi certum. Quod ſi que
incerti ſunt exitus ea quaſi certa prouidē
tur: opinionis id eſſe caliginē non ſciē ve
ritatem. Aliter enim ſeſe res habeat arbi
trari ab integritate ſcientie credis eſſe di-
uerſum. Cuius erroris cauſa eſt ꝙ omnia
que quiſq; nouit: ex ipſorum tantum vi
atq; natura cognoſci eſtimat que ſciun-
tur: quod totum contra eſt. Omne enim





cultatem potentie cognoſcentis: ita ꝙ quāto potentia eſt efficacior ⁊ certior: tāto certius
⁊ limpidius rem comprehendit. Nam vt hoc breui exēplo liqueat. Hic probat ꝙ facul
tas cognitionis eſt ſecundum facultatem potentie cognoſcentis ⁊ non rei cognite. Pri
mo declarat hoc exemplis. Secundo probat hoc idem per rationem. ibi. Neq; id iniu-
ria. Prima in duas ſecundum duo exempla. ibi. Ipſum quoq;. primo dicit ꝙ cognitio
ſit ſecundum facultatem co
gnoſcentis liquet breui exē
plo. nam viſus aliter agno
ſcit eandem corporis rotun
ditatem ⁊ aliter tactus. Il-
le enim viſus manens emi
nus id eſt a lōginquo intue
tur totum corpus ſimul ia
ctis radijs viſualibus. Hic
vero ſupple tactus coherēſ
⁊ coniunctus orbi id eſt ro
tunditati: ⁊ mot⁹ circa ip-
ſum ambitum id eſt circa
corpus rotundum: compre
hendit ſcilicet eius rotundi
tatem: partibus id eſt per
partes. Notandum ꝙ in
nuit duplicem differentiā
inter modum cognoſcendi
viſus ⁊ tactus. Prima eſt
ꝙ viſus a remotis exiſtens
cognoſcit aliquod corpus
rotundum. Tactus autem
non cognoſcit ipſū niſi cō
iunctus. Secunda differen
tia eſt ꝙ viſus totum corp⁹
ſimul comprehendit: tactus autem per partes. talis autem diuerſitas in cognoſcendo
non eſſet: ſi res cognoſceretur ex ſui natura: cum eadē res maneat in vtraq; cognitione

Notandum ꝙ quidam dixerunt viſionem fieri per emiſſionem radiorum viſualium
ab oculis vſq; ad rem viſam: ſed hec opinio eſt contra Ariſtotelē. viſio enī non fit extra
mittendo: ſed intus ſuſcipiendo. patiente enī aliqua ſenſitiuo fit ipſum videre ſecundo
de anima. Hic autem loquitur opinione antiquorum cum dicit ꝙ viſus totum corpus
intuetur iactis radijs.

Ipſum quoq; hominem. Hic ponit ſecundum exemplum in virtutibus cognoſciti-
uis ſubordinatis. Secundo oſtendit quomodo iſte virtutes ſe habeant ad inuicē. ibi.
In quo illud. Primo ergo declarat quomodo idem a diuerſis potentijs diuerſimode
comprehenditur dicens. ſenſus exterior aliter contuetur ipſum hominem: aliter imagi-
natio: aliter ratio: aliter intelligentia diuina. Senſus enim exterior ſicut viſus iudicat
figuram hominis in ſubiecta materia id eſt in ſenſibili materia: ſed imaginatio ſolam fi
guram diſcernit ſine materia id eſt in abſentia rei materialis. Ratio vero hanc imagi-

quod cognoſcitur non ſecundum ſui vim
ſed ſecundum cognoſcentium potius cō-
prehenditur facultatem. Nam vt hoc bre
ui liqueat exemplo eandem corporis ro-
tunditatē aliter viſus aliter tactus agno
ſcit. Ille eminus manens totum ſimul
iactis radijs intuetur. Hic vero cohe-
rens orbi atq; coniunctus circa ipſum mo
tus ambitum rotunditatem partibus cō-
prehendit. Ipſum quoq; hoīē aliter ſenſus:
aliter imaginatio: aliter ratio: aliter itelli
gētia contuetur. Senſus enim figuram in
ſubiecta materia conſtitutam. Imagina-
tio vero ſolam ſine materia iudicat figu-
ram. Ratio vero hanc quoq; tranſcendit
ſpeciemq; ſuam que ſingularibus ineſt

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

nationem tranſcendit: ⁊ ipſam ſpeciem id eſt naturam ſpecificam hominis que ſingularibus ineſt perpendit id eſt diſcernit vniuerſali conſideratione. oculus vero id eſt cōſideratio intelligentie eſt celſior: quia intelligentia diuina ſupergreſſa ambitum vniuerſitatis qui exiſtit in ſingularibus illam ſimplicem formam ſcilicet ideam hominis que eſt in mente diuina: contuetur pura acie id eſt ſpeculatione pure mentis.

delinitus diſcipulorum corda paupertate degentium ſtudioſeq; diſcentium mulcere tenetur: videlicet cibarijs: calceis: veſtibus ſaltem tritis ſi facultas ſuppetit: ceteriſq; donatis ſubueniat: conſilioq; vt decet concitatiuo. Que enim preclarior nature queue ſuauior ꝙ veris ſcholaribus erogatio. Preclarius eſt enim confouere ſcholarem his in quibus ē mīma donātis exhibitio maxima vero pauperis recipientis promptio: ꝙ hiſtrionum et meretri

Nubila licet etiam fortuna. Hoc eſt quintum ⁊ vltimum incidens quod circa predicta contingere poſſet quod eſt fortune aduerſitas. Et duo facit in hac parte. nam primo circa hoc incidens documentum ponit. ſecundo ipſum documentum exēplo confirmat ibi. Proth Cornādi. Et. d. licet ipſa fortūa quādoq; exiſtat nubila. i. aduerſa

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tamen cura id eſt ſtudij ſollicitudo: magiſtrantis id eſt magiſtri non deſperet propter hoc: ſed regendo ſe ſemper bene id eſt equanimiter: perferat id eſt patiatur: viriliter id eſt animo forti: incurſus id eſt aduerſitates fortunarum ſpectando ſemper diutius et melius eventurum: et non faciat quemadmoduʒ Corriandus ille magiſter: qui cū fortuna ſibi non ſemper arrideret: ſcholas dimiſit et deſperationem incurrebat. et ideo inquit proth interiectio deteſtantis eſt: proth tranſactio id ē conſtantia Corriandi huius magiſtri eſt pudēda id eſt reſpuenda. Notandum ⁊ ſi omnis virtus in ſummo ſit: equanimitas tamē animi quā conſtantiam hic licet appellari plurimum collaudanda eſt: quā ſiquidem Macrobius libro primo ſic deſcribit. Eſt animum ſupra periculum erigere: nihilqʒ niſi turpia metuerē fortiter tollerare aduerſa: ⁊ humiliter proſpera conſtantis hoc animi eſt: vt ait Tulliꝰ libro primo de officijs. in rebus aſperis minime perturbari. Qui hac virtute caret: nullam in ſuis operibus proſperitatem obtinebit. Cum ergo fortuna malefida nubilum oſtenderit vultum: equanimiter perferendum eſt: atqʒ in domino ſperandum: quia teſte propheta. Qui ſperant in domino non confundentur. Quare fortuna nubila quondam depingebatur: vt ſuperius ſatis edoctum eſt. Cum autem hoc feſtiui temporis impulſum. Poſtꝙ Boetius in precedentibus poſuit normam atqʒ modum magiſtros ipſos regulantes tam quo ad ſe ꝙ quo ad diſcipulos ſuos: et hoc taʒ ī moribus ꝙ in ſcientiaruʒ adminiſtratione: hic conſequenter ponit modum atqʒ normaʒ magiſtros regulātes in comparatione ad alios a diſcipulis. Et diuiditur hec pars in duas partes ſecundum duo documenta que ponit. ſecunda ibi. Licet autem in ſcholis et cetera. Prima in duas. nam primo documentum ponit. ſecundo cauſam ſubiungit. tertio exemplo corroborat. ſecunda ibi. Ne quaſi. tertia ibi. Maronis ſaltus. Et legendo hoc totum vſqʒ in ſecundum documentum. dicit primo. Cum magiſtro placuerit viſitare loca deliciarum ob impulſum feſtiui temporis: diſcretio docentis habeat ſemper ſecum nobiliores ſui cetus id eſt ſuorum ſcholarium: atqʒ etiam eminentiores forma. forma enim eminens corporis: animi etiam excellentiam communiter repreſentare perhibetur. Et hoc ideo fiat ne magiſter ipſe a multis videatur eſſe deſtitutus ſolatio id eſt ſolamine. vel etiam ideo ne excitetur id eſt commoueatur in periculum. ve eiʒ homini ſoli: quoniam cum ceciderit non habebit ſubleuantem. Et mala que exinde poſſunt euenire ſi predicta nō obſeruētur exēplo oſtendens dicit. Saltus enim. i. tranſitus ſolitarius Maronis forte Virgiliū dicit: vel alterum indoluit id eſt valde doluit priuari. i. deſtitui: cetu. i. ſocietate felicium ſcholariū forte malum quoddam ex

cum deteſtabiles incurſus deliniri. Nubila licet quandoqʒ fortuna exiſtat: non tamen magiſtrantis cura deſperet: ſed ſemper curialiter ſe regendo incurſus viriliter perferat dulcius expectādo. Proth Corriendi pudenda tranſactio. Si aūt ob feſtiui tpis īpulſuʒ deliciarū loca viſitare placuerit ſemꝑ cetus ſui nobiliores formaqʒ eminentiores docentis ſecum habeat diſcretio: ne quaſi deſtitutus ſolatia multis videatur: vel ne in periculum excitetur.



ſolitario ſuo tranſitu. Maroni euenit: quod q̄le fuerit: Boetius tamen hic non expͣſſit. Licet autem in ſcholis rigidus exiſtere. Hoc eſt ſecundum documentuʒ quo magiſtros informat qualiter ſe erga alios a ſcholaribus ſuis gerere debeant. Et dicit. Magiſter ipſe ſcholariū licet debeat eſſe rigidus in ſcholis: ſubaudi quemadmodū ſuperius in eodem capitulo declaratum eſt: vbi dicebatur rigidus ⁊ cetera. tamen magiſter debet eſſe deuotus in greſſu id eſt trāſitu ſuo coram populo: ⁊ hoc dico ſalutando quemlibet ſecū dum conditiones ſuas. debet etiam eſſe tranſmigrantibus id eſt cum pretereuntibus iocundus: in ſermone atqʒ alludentibꝰ id eſt ſibi congruentibus comes id eſt ſocius: ſitqʒ commorantibus id eſt ſecum habitantibus fideli: ſ ammonitu id eſt āmonitione ſalubri: atqʒ etiaʒ ſit affinibus id ē vicinis: cautus id eſt aſtutus: caſtitate id eſt in caſtitate: quaſi diceret velit. ſi nō caſte viuere poſſit coram vicinis: faciat tamē vt ſiqd ſiniſtrum egerit: vicinis n̄ innoteſcat: vt quod caſte fieri nequeat: ſaltem caute exequetur. ⁊ huius cauſam ſubdens inquit. Et hoc ideo vt dictum eſt fieri debet: ne affinitas amicabilis id eſt amica vicinitas: ebibat id eſt ſubtrahat fetorem ſuſpirantis naſi: quaſi diceret vt immediate ſupra ſuppletuʒ eſt. Et methaphorica locutio eſt. Extrema preſentis voluminis extat compilatio. Hec eſt ſecunda pars principalis huius vltimi capituli: In qua poſtꝙ Boetius determinauit ⁊ poſuit diuerſam magiſtrorum diuiſionem ⁊ mores eorum qui in locis ſtudioruʒ pricipalioribus ſcilicʒ athenis ⁊ rome habitant documentis regulauit. Hic modo in hac ſecunda principali parte huius capituli vult oſtendere quomodo ſe debent habere illi qui habent curam regendi ſcholas in caſtris vel in villis prefata loca ſtudiorum circūiacentibus paupertate concluſi. Et diuiditur hec pars in duas partes. In prima parte premittit intentum ſuum. In ſecūda ipſum proſequitur ibi. Cum ob egeſtatis cauſam. Et dicit. extrema id eſt vltima compilatio preſentis voluminis: extat. i. eſt vt dicamus ſub compendio id eſt ſub breuitate de magiſtrantibus illis: quos egeſtas id eſt paupertas exiſtens nouerca id eſt contraria ⁊ inimica liberalibus diſciplinis cōpulſerit īuadere fines. i. regiōes alienas: ⁊ ſimiliter quoqʒ de his quos dulcedo natalis patrie reuocauit: ſubaudi vt ibidem commorarentur: ⁊ de his in tertia parte pricipali. Notandum circa hoc quod dicit liberalibus diſciplinis. per has liberales diſciplīas. vij. artes liberales intelligit. liberales inꝙ quoniam ab alijs illiberalibus prorſus ſunt diſtincte. ipſe nempe ad animam: ille vero ad corpus ordinant

Maronis ſaltus feliciuʒ diſcipuloruʒ priuari cetu indoluit. Licet autem in ſcholis rigidus exiſtere debeat: tamen ī greſſu ſalutando deuotus permaneat: in ſermone iocundus tranſmigrantibus: comes alludentibus: fidelis ammonitu commorātibus: caſtitate cautus affinibus: ne ſuſpirantis naſi fetorem ſiquis fuerit amicabilis ebibat affinitas. Extrema preſentis voluminis extat compilatio de magiſtrāticus quos liberalibus nouerca diſciplinis egeſtas fines compulerit inuadere alienas. Et de illis quos natalis patrie reuocauit dulcedo: ſub compendio

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dicamus Cum autem ob egeſtatis cauſam repelleude lucri querat quis odorem dulciſſimum: conſiderandum eſt vt ſaluo magiſtratus honore parcitati quantum queat inſiſtat veſtibus mediocribus inhi at: et ſcholarium regimini precipue indul geat. Pueriſqꝫ primo prebeat vultum

liberales etiam: qꝛ ſecundum eas homo per ſe diſponitur ſecundum intellectum ad optimum finem: veluti vſum virtutum moralium et intellectualiũ: vel ad perfecte fe licitatis vſum que eſt ſpeculatiua. qui autem talia conſiderant naturaliter liberi ſũt et non ſeruiles cum intellectu vigeant: ideo recte artes ille liberales dicte ſunt. et rurſus liberales quia liberos expeditos et exercitatos aĩos requirunt eo ꝙ ſubtiliter de rerum cauſis diſputant ⁊ de illis plerũqꝫ que a ſenſu remota ſunt. Et inſuper liberales ideo quia antiquitus tantũmodo liberi id eſt nobiles et ingenui in eis ſtudere conſueuerunt. Plebei vero in mechanicis ob peritiaꝫ operandi: que quidem peritia et opus plus plebeis congruit. Ocium vero et ſtudium nobilibus ſecundum Hugonem. Item finis incerti generis id eſt terminus et finis dicitur: quia agrorum fines funiculis ſũt diuiſi. vnde propheta. funes ceciderunt mihi in preclaris. Et dicitur finis terminus: conſummatio: mors: patria. vnde. Eſt finis patria mors conſummatio meta. et communiter incerti generis eſt: aut maſculini: aut feminini. Cũ autem ob egeſtatis cauſam. Poſtq̄ꝫ Boetius intentum ſuum premiſerat: hic ipſum modo ꝓſequitur. Et duo facit. nam primo Boetius oſtendit qualiter magiſtri ipſi exiſtentes extra patriam ſuam et in locis ſupradictis: vel de prope vel de longe adiacentibus ſe regere debeant erga ſcholares. ſecundo qualiter erga alios a ſcholaribus ibi. Cum autem cena. Prima adhuc in duas. primo facit quod dictuꝫ ẽ quo ad ſe. ſecundo quo ad vicedoctoreꝫ ibi. Aduertendum. Prima adhuc in duas. primo enim ponit documenta generalia. ſecundo ſpecialia documenta ſubiungit ibi. Pueriſqꝫ. Et dicit primo cuꝫ quis magiſtrorum ob cauſam repellende egeſtatis id eſt egeſtate ipſa cogente: querat odorem dulciſſimum lucri: ſubaudi id eſt partibus alienis: tunc conſiderandum eſt: vt magiſtratus ipſe inſiſtat id eſt intendat: quantuꝫ queat id eſt poterit parcitati. et hoc honore dico ſaluo: ꝙ pro et conſideret etiam vt inhiat veſtibus mediocribus: ſubaudi tamen honore magiſtrali dignis iuxta premiſſa precepta: atqꝫ indulgeat id eſt intendat precipue regimini ſcholarium.

Nota quoniam omnia hec generalia precepta in ſuperioribus eodem capitulo quaſi deducta ſunt: videlicet magiſtri parcitas: veſtimentorum honeſtas: atqꝫ iuxta ſcholares debita attentio: ideo de eis hic denuo pertractare ſuperfluum foret: quare ibi vide as. Item queo quis quiui quitum quire id eſt poſſe. et componitur cum non ⁊ dicitur nequeo. Pueriſqꝫ vultum primo prebeat. In hac parte poſt documenta generalia documenta ſpecialia ponit. Et diuiditur. nam primo docet quomõ magiſter ſe habebit erga ſcholares correctiõi ſubiectos. ſecũdo quomõ circa alios ibi. Cum aũt habuerit ⁊c. Item primo oſtendit quomõ ſe hẽat coram nouellis ⁊ paruis. ſecundo quomõ coram adultis ibi. Eiſdemqꝫ aliquantulum adultis ⁊ c. Et primo dicit ꝙ cũ magiſter in alienis partibus curã regiminis ſuſceperit: debet prebere primo ⁊ pricipaliter pueris ſupple informandis vultũ benignũ: parentibꝫ aũt coꝝ affatũ benigniorẽ





benignum parentibuſqꝫ eorum benigniorem affatum: docendiqꝫ aditum ſpondeat beniginiſſimum: vt ſic non ſoluꝫ puerorum corda permolliat: verum etiam parẽtum pecuniam extrahat: famamqꝫ ex hoc efferat. Schole vero iura regaliter defendat ordine docendi prius edocto peruta tur. Eiſdem etiam aliquantulum adultis rigidum ſe exhibeat: ipſorumqꝫ ora ad recte ⁊ ornate loquẽdũ compõat: digitoſqꝫ ad ſcribendũ cõſtringat: ad legẽdũ omni

ſuadeat id eſt ſpondeat pueris q̄ꝫ parentibus: aditum id eſt introitum docendi beni gniſſimum: ⁊ hoc ideo vt non ſolum permolliat id eſt mol lificet atqꝫ molliendo ad ſe attrahat corda puerorum: verum pro ſed extrahat etiam pecuniam parẽtum ſupple que neceſſitati ſue mederi valeat: atqꝫ efferat id eſt deportet: famam ſupple redolẽtem: ex hoc id eſt ex hac ſua benignitate. Similiter autem cum hec omnia geruntur defendat nihilominus regaliter id eſt viriliter iura ſchole: ⁊ hoc ordine id eſt modo docendi: edocto id eſt demonſtrato: prius id eſt in prioribus putatur. Notandum licet magiſtrorum benignitas tã erga diſcipulos q̄ꝫ eoruꝫ parentes maximum preſtet attentionis atqꝫ beniuolentie diſcipulorum incrementum: vti colligitur ex canone hoc habꝫ. xxvi. di. ⁊ ſimiliter decretali humilis de maiori. ⁊ obedi. tamẽ talis benignitas ſic moderari debet: ꝙ ex hoc regendi auctoritas nõ frãgatur. qꝛ prout dicit Aug. in canone quãdo. lxxxvi. di. dum nimiũ ſeruatur humilitas regẽdi frãgitur auctoritas. Et inde bene Boe. poſt benignitatis ãmonitionẽ ſubiecit. ſchole vero iura ⁊c. q. d. cũ hec gerũtur: nihilomin⁹ ſchole iura manuteneantur. Et hec de nouellis dicta ſunt. Eiſdem etiã aliquãtulũ adultis. In hac parte Boe. oſtẽdit quõ magiſter ſe habere dꝫ erga diſcipulos iã adultos. Et duo facit. nã p̄io facit qꝺ dictũ ẽ circa adultos dociles. ſcẽdo circa rebelles ibi. Si vero. Et. d. ꝙ ſi magr̃ habuerit diſcipulos iã pene adultos: tunc exhibeat ſe eiſdẽ adultis rigidũ: quẽadmodũ de rigore ſupra doctũ eſt: atqꝫ componat id eſt ordinet ora coꝝ ſcilicet adultorũ: ad loquendum recte id eſt congrue quo ad grammaticam: ⁊ ornate quo ad rhethoricaꝫ: atqꝫ contingat id eſt diſponat digitos eorum ad ſcribendum: atqꝫ conformet eos omnino ad legendũ: ⁊ hoc dico concomitante rigore iuſticie ſcilicet ſcholaſtice. ⁊ rationẽ quare oĩa hec ſic fieri debeant ⁊ ſpecialiter huius cum dicit rigore iuſticie ⁊c. ſubiungit dicens. hec ideo fieri debẽt: vt ſcholares ipſi proficiant: non ſolum in doctrina ſed etiam in facetia: hoc eſt moribus atqꝫ virtutibus. Et ſubdit. Magiſter etiam conc edat tempeſtiue id eſt tempore debito ſcholaribus ſpacium ludendi; atqꝫ ſic vt nullo caſu eis abſtrahat beneficium docendi. Nota non ſolum ſcholares ipſi in doctrinis ⁊ diſciplinis erudiendi ſunt: ſunt quoqꝫ in facetis moribus atqꝫ virtutibus ſummis niſibus inſtruendi: quoniam ſi ſolum in doctrinis proficiant ⁊ moribus deficiant: certe nullo modo profeciſſe dicuntur. qui enim proficit in ſcientijs atqꝫ deficit in moribus: plus defeciſſe q̄ꝫ profeciſſe perhibetur. quare Paulus apoſtol⁹ ad eph. vi. inq̄t. Educate illo. ſ. iuuenes ĩ diſciplina. ⁊ aduĩxit. ⁊ correctõe dñi. ⁊ Grego. vij. regiſtri ſui. Petro inquit vt per nullos quos doces moribus erudias ⁊ cetera. Et illud apte inſinuans Boetius dicit. Rigore iuſticie cõcomitante ⁊ cetera.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

no conformet rigore iuſtitie concomitante: vt ſic non ſoluꝫ in doctrina verum etiã in facetia conueniat. Ludendiqꝫ ſpacium tempeſtiue concedat: concedendiqꝫ beneficium nullo caſu ſubtrahat. Si vero contumacem ſuperbumqꝫ inuenerit dulciter caſtiget: exemplaqꝫ morum proponat quibus reprimatur: alioquin parentum aſſenſu virgis affligatur: vt ſic ad vnguem caſtigatus euadat: vel deſperatus in ignominiam cadat. Cum autem magiſtrantis dilectio etate infrigidatos ſtatualeſqꝫ

Si vero cotumacem ſuperbumqꝫ inueniat. Hic oſtendit Boetius quo modo magiſter ſe habere debet circa rebelles. et dicit ꝙ ſi magiſter inuenerit quem id eſt aliquẽ contumacem: qꝫ pro vel ſuperbum ipſum dulciter caſtiget. hoc eſt verbis dulcibus et exortabilibus ad bonum corrigat atqꝫ increpet: ipſiqꝫ exempla proponat: quibus a ſua contumacia atqꝫ ſuperbia reprimatur. quod ſi nullo modo verbis ac monitis caritatiuis et dulcibus ſimiliter et exemplis minime corrigi valeat: affligatur id eſt corripiatur virgis ⁊ verberibus: et hoc dico fiat cum aſſenſu parentum. Et rationem ſubdens inquit. vt ſic ſupple ille contumax euadat caſtigatus ad vnguem id eſt ad perfectionem: ne cadat omnino in ignominiaꝫ id eſt infamiaꝫ quaſi deſperatus.

Notandum ꝙ magiſter circa contumaces diſcipulos more prudentis medici vti debet. Medicus eniꝫ in curandis morbis primo medicinas miniſtrat faciles: ne patiens medicinarum fortium trahatur in honorem: et vt per leuitatem medicaminis potionibus ſalubribus aſſueſcat. ſic quoqꝫ magiſter primo rebelles verbis agat dulcibus: vt dulcedine correctionis allecti: a morbo rebellionis deſiſtant. ꝙ ſi his minime retrahi valeant: acriori medicamine eſt vtendum: ſcilicet virgarum ceſione: eligaturqꝫ hec potius ne ſic vnum membrum putridum non inciſum totius corporis impediat ſanitatem: ſic neqꝫ ſcholaris contumacis rebellio ignominie prebeat deſperationem.

Cum autem magiſtrantis dilectio et cetera. In hac parte Boetius poſtq̃ documenta premiſerat quomodo magiſter ſe habere debet circa illos diſcipulos qui ſunt correctioni ſubmiſſi: hic facit idem circa eos qui extra correctionis limaꝫ penitus reponuntur: vti ſunt ſenes ſtatuales planetici et alij. Et ponit plura breuia documenta ſecundum pluralitatem et diuerſitatem omnium bonorum diſcipulorum. et dicit. cuꝫ dilectio magiſtrantis habuerit etate infrigidatos hoc eſt ſenes: ſtatuales id eſt beſtiales et rudes ingenio: ve pro vel planeticos id eſt errabundos: et hoc dico omẽs ſcholaſtici introitus participes. quid agenduꝫ inq̃ ſi magiſter nequeat vti lima id eſt rigore correctionis apud eos. hoc modo agendum eſt vt ſequitur. Arridendum enim eſt id eſt fauendum: ſenio confectis id ẽ ſenibus: atqꝫ ingemiſcendum id eſt condolenduꝫ propter ingenij ruditatem: ſtatualibus id eſt rudibus: planeticis vero id eſt vagabũdis congaudendum eſt: ſimulacro id eſt ſimilitudinibus et exemplorum adductionibus: et ſiqui laſciui affuerint vt calamiſtrati fucati atqꝫ molles: tunc perurat id eſt caſtiget vicium eorum penitus perurendo calamiſtratos exiſtentes. hirſutis cirris id eſt criſpatis capillis: atqꝫ perfundat perfuſos fuco illo colore ficto lachrymis irrigantibus gulam eorum. hoc eſt tanto eos caſtiget: vt in lachrymas irrigantibus gulã





planeticos ſcholaſtici introitus habuerit participes: ſi correctionis vti lima apud eos vti nequiuerit: ſenio confectis arridendum eſt: ſtatualibus ingemiſcendum: planeticiſqꝫ fauoris ſimulacro eſt congaudendum. Calamiſtratos cirris hirſutis perurat: fucoqꝫ perfuſos lachrymis irrigantibus gulam ꝑfundat. Molles caute eijciat: ne mentis ſue reatũ cõmoti ꝑticipent. Animaduertendum eſt etiam ꝙ quorum erogatione laborioſum delinit certamẽ: in illis doctrinalis cõprobetur effectus. rerũ

ſuam fuco perfuſam lachrymis tingant. Molles autem id eſt laciuos et luxurioſos eijciat caute a conſortio reliquorum: et hoc alij commoti ſupple ſuo luxu participent reatum id ẽ viciuꝫ ſue mentis. Notandum ſicuti ſe habet informatio ad informandum: ſic ſe habet correctio ad corrigendum. Sed alij et alij informandi ſecundum diuerſitatem moꝝ: aliam et aliam requirunt informationẽ. aliter eniꝫ informãtur capaces: aliter incapaces: aliter iuuenes: aliť ſenes: aliť q̃bi: ⁊ aliter q̃ alij. ergo etiã per locum a ſimili alij et alij corrigendi: aliam et aliam requirunt correctiõeꝫ. non enim teneres acriter neqꝫ fortes tenerrime corrigendi ſunt: ſed quilibet ſecundum ſue conditiõis gradum correctionem recipere debet. ſenes ergo arridendi ſunt: non quidem laudandi: ſed ſub adulatione quadam increpandi. rudibus quoqꝫ condolendum eſt: cum tali modo rudes ſint: vt eis prorſus nulla diſcipline medela valeat ſuffragari. planetici autem exemplis amonendi ſunt: vt exemplorum continua maſticatione ad quietudinem contrahantur et ſic reliquis ſua manerie prout defectus cuiuſlibet exquirit diuerſitas diuerſo medicamine ſubueniatur. Item ſtatualis id eſt rudis: et a ſtatua nomen cepit. ſicut enim ſtatua ſemper recte ſtat ⁊ difficile flecti poteſt: ſic quoqꝫ rudes niſi magna adhibeatur induſtria informari nequeunt. Item planeticus id eſt vagabundus et errans: et nomen ſumpſit a planeta quod errantem ſonat. A planeta enim planeticus et planetaris. Item cirrus plicatura capillorum eſt in anteriori capitis parte. Et dicitur a cirri id eſt tondere. Inde cirritus id eſt crinitus. vnde. Eſt homo cirritus: qui cirrum vertice portat. Animaduertendum eſt etiam ꝙ quorum. Poſtq̃ Boetius in precedentibus docuit magiſtrum qualiter ſe habere debeat erga ſcholares: et hoc quantum in ſe eſt. In hac parte conſequenter facit hoc idem: et hoc inquantum in vicedoctore ẽ. Et diuiditur hec pars in tres partes. nam primo ponit ſuum documentum. ſecundo docet modum perquirere et inuenire ſi doctor bene egerit circa pueros. tertio probat. quarto confirmat. ſecunda ibi. Rerum namqꝫ. tertia ibi. Ordine autem. quarta ibi. Subminiſtrantium. Et dicit aduertendum etiam eſt ꝙ effectus doctrinalis id eſt doctrine comprobetur in illis ſcilicet vicedoctoribus: quorum ſcilicet vicedoctorum erogatione id eſt oſtenſione adminiſtratione et ſubſidio: laborioſum certamen id eſt exercitium ſcholaſticum: delinitur id eſt permollitur. q. d. perſpiciendum etiam eſt quomodo vicedoctores: vt ſunt baccalarij et alij vicem magiſtri gerentes ſe habeant erga pueros ſi eos probe informent: aut ſicco pede pertranſeant: quoniam quocumqꝫ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

namqꝫ effectus exhibitione operis decla-
ratur. Ordine autem competenti viciſſim
ſunt conuocandi:vt fideli ſcrutinio pateat
quid ſubminiſtrantium labor diurnus ero
gauerit. Subminiſtrātium enim cure non
ſemper eſt confidendum: quoniam illo-
ruꝫ cupiditas fractis aſſibus plerumqꝫ per
molitur: aut ſpe defraudata tepeſcit fideli
tas: aut vt videantur fideles crudeſcit po-
teſtas. Sicuti vero paupertati felici miſe-
ricorditer deferendū eſt:ſic nō minus ipſi-
us eruditionibus attentius eſt inſiſtendū.
Cum autē cena pauperior affuerit cōmen
ſalibus eſt erogandū facultas familiaribꝫ
cōplicibuſqꝫ vicinitatis inuite porrigēdū

modo ſe geſſerint:hoc ſilius operis oſtendet.rerū nāqꝫ effectus declaratur id eſt mani
feſtatur operis exhibitione. Et dans modum quomodo i cognitionem horum deueni
atur: ſcholares ipſi omnes quotquot ſunt:ſunt conuocandi ſubaudi ꝛ examinandi vi
ciſſim id eſt vicibus alterius: ꝛ hoc ordine cōpetenti.i. decenti:vt pateat.i. inoteſcat
fideli ſcrutinio.i.inquiſitio: ne quid labor diurnus ſubminiſtrātium.i.vicedoctorꝝ:ero
gauerit id eſt docuerit cor:ſ
qm̄ nō eſt confidendū ſem
per cure ſubminiſtrantiuꝫ
Et ratōnē ponit: qm̄ cupi
ditas id eſt auaricia illoꝝ
permollitur plerūqꝫ aſſib⁹
i. obolis fractis. vel ab ef
fectu:quia aſſes illi ſubmi
niſtrantium frangunt con
ſtātiā.vel quia fracti ſunt
re:aut fidelitas horum ple
rūqꝫ tepeſcit: defraudata
ſpe ſcilicet lucri.vel etiam
poteſtas coꝝ crudeſcit ſe-
pius: ꝛ hoc vt fideles ma
giſtro videātur ſua nimia
crudelitate. Nota tria
ſunt propter que non eſt i
collaborantibus confidē-
dum:ſcilicet auaricia:fru-
ſtratio ſpei:ꝛ nimia crude
litas. Auaricia enim ſedu
cti pueros non corrigunt:
fruſtratiōe ſpei pauperes
deſpiciunt:quoniam nullā mercedē conſequi ſperant. Crudelitate autē mentes diſci-
pulorꝝ obſtupeſcūt. non ſit ergo vicē magiſtri gerēs numerū cupidus:neqꝫ ſit in docē
do pauperes piger:qm̄ vt in littera ſequitur ſicuti ē deferendū.i.dādū miſericorditer fe
lici paupertati id eſt illi que non eſt infecta malis vſibus:ſic quoqꝫ eo minus eſt inſiſtē
dum attentius ipſius eruditionibus.exercetur.n.i hoc duplex mīe opus. vnum quidē
corporale quod eſt bonorꝝ erogatō. Aliud ſpirituale.ſ.ſalubris eruditio. Itē ſcrutiniū
in ſuperioribus expoſitū eſt. Item as aſſis plura ſignificat.vnde as obolus punctus
pōdus poſſeſſio tota.hoc aūt in ꝓpoſito obolus ē.ſic ꝛ in euāgelio. nonne duo paſ-
ſeres aſſe veneūt ꝛ ce. Cū aūt cena ꝛ ce. Poſtꝙ Bo.documēta ꝑmiſerat quib⁹ mo
dū atqꝫ normā magiſtris tradidit quomō ſe erga diſcipulos ſuos habere debeāt: nūc
facit hoc idem circa alios a ſuis diſcipulis. Et diuiditur hec pars in duas partes. nā
primo ponit vnū documentū.ſecundo aliud ibi. Proterua. tertio tertiū ibi. Cauendū.
prima adhuc in duas.nam primo ponit documentū.ſecundo cauſam documenti ſub
iungit ibi. Ne familiaris vox. Et ponens documentū dicit. cum magiſter ipſe cena nō
abūdauerit: ſed ſibi cena pauperior id eſt tenuior affuerit:vt aliquid clargiendum et
erogādō pietatꝭ intuitu diſpoſuerit ſolummō facultas ipā ē erogāda ꝯmēſalib⁹ ꝛ ſchola
rib⁹ ſecū commorantibus. familiaribus vero cōplicib⁹ vicinis ſiqd erogādū ſit: illō





ne familiaris vox ſecreta reuelet detrahē-
do:vel multiplicitatis anus prodiga propi
net anui annectendo. Quid autem anu
conſcia futilius proterua in minimis pro-
cul abſit rapacitas:et fame nouerca ꝛ adū
ca tenacitas. Cauendum eſt etiam ne pue
rorum pulueri feculento pluſꝙ triennio

tamen inuite porrigendum eſt:et hoc ideo ne familiaris vox ꝛ cetera. Et in hoc red-
dit cauſam documenti.et diuiditur ſecundum duas cauſas.ſecunda ibi. Uel multi-
plicitatis. Et dicit hoc ideo fieri debet:ſubaudi ꝙadmodum premiſimus:ne vox fa-
miliaris ſupple vicini reuelet ſecreta ſupple paupertatis magiſtri:et hoc ſibi ꝟbis ma
leficis detrahendo. vel etiam ideo ne anus id eſt vetula cui forte erogat exiſtens pro
diga id ē ſuperflue larga
multiplicitatꝭ ſupple ver-
borum et mendacij:propi
net id eſt det ſupple ſibi
erogatum: anui id eſt al-
teri vetule:ꝛ hoc annectē
do ſupple multiplicitati
et mendacio. ipſa enim a
nu conſcia domeſtice pau
pertatis magiſtri nihil fu
tilius id eſt vanius loca-
tius:et verboruꝫ ſuperflu
ius reperiri poteſt.iquare
dicit.quid enim vt in litte
ra. Notandum circa hoc quod dicitur ne familiaris beneficia:que plerumqꝫ gra
tis dantur et pietatis obtentu clargiuntur:plerumqꝫ etiam in venenum ꝛ opprobriū
mutantur.ſunt enim qui beneficia accipiunt:et indigētie conferentiū attribuūt. nam
penes ſe dicunt ideo is dedit quia me eget vel indigebit. nouit enim aut aliquo ſibi
proficere poſſe:aut mee familie ſperat obſequium.dicunt etiaꝫ plures beneficia ꝛ ero
gationes ſibi fieri fraudis ſub pretextu.rurſus alij dona cum receperint minime reco
gnoſcunt.veruntamen ſapiens et bonus datum commendat quantulumcūqꝫ etiam
fuerit.commendat inꝙ atqꝫ aſſidua commemoratione delectatur:qua dꝫ re proſpiciē
dum maxime cui erogetur. Erogetur ergo potius domeſticis ꝙ familiaribus vici-
nis:ne per extranea beneficia:intranea egeſtas in publicum deuoluetur. Item anus
antiqua vetula dicitur:quaſi multos habens annos.vel dicitur ab.a. et nus id eſt ſen
ſus quaſi ſine ſenſu:et corripit.a.vnde. Pamphile tolle manus tamqꝫ redibit anus.
dicitur etiam poſterior pars corporis:et tunc producit.a. vt in verſu. Dum ſe curuat
agnus retro ſibi ſibilat anus. Item futile eſt quod cito et facile decurrit:et dicitur qō
nihil poteſt retinere:et hinc facta tranſlatione futilis dicitur homo vanus ſuperfluus
loquax qui nihil velare et celare poteſt.vnō. Futile vas illud quod nulla receptio clau
ſit. Sic homo futilis eſt diuulgans oē quod audit. Proterua i minimis abſit pro
cul. Hic ponit aliud documentū quo auariciam magiſtri diſſuadet atqꝫ tenacitatem.
Et dicit rapacitas.i.auaricia:proterua.i. crudelis abſit procul in minimis ſupple re
bus.q.d. ꝛ etiam in maximis per illam topicam. Si illud quod minus videtur ineſ-
ſe:ꝛ illud quod magis:ꝛ hoc de auaricia.et ſequitur abſit etiā adunca.i. curua: et pe
ne iſlexiblis tenacitas exñs nouerca.i. inimica fame. Itē ſicuti a quolꝫ: ſic ꝛ a magro i
ter cetā mala hꝫ viciū rapacitatꝭ fugiēdū ē. lucrū nēpe illicitū ē:quare iuſte poſſidetur.
ꝛ qm̄ iniuſte acquiſitū:ideo iuſte deperditur. hinc Tullius in philippica.ij. Male in
quit pt a male dilabuntur. Nēpe dificile ē vt quis ex rapacitate ꝓſperet. Siq̄ e.n.
ſuis diebus gaudere videatꝭ his q̄ rapuit:ei⁹ tū ꝓſperitas aut ñ erit diutna aut in ſuc
ceſſorib⁹ ñ durabit. iuxta illud Sene.ad Lucil. Nulli inquit cui rapina feliciter ceſſit
gaudium rapti durat in poſteris. nec mirum:q: nullum violentū ꝑpetuū. Abſit ergo



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

a magiſtro rapacitas que non eſt niſi cupiditas quedam atqꝫ rerum tam magnaruꝫ ꝙ paruaruꝫ ingenioſa exſpoliatio. Item de tenacitate ſupra iam ſatis dictum eſt.

Cauendum eſt etiam ne puerorūꝫ pulueri. Hoc eſt tertium documentum huius partis quod eſt de mora magiſtri extra ſuam patriam. Et dicit ꝙ magiſtro ipſo extra patriã ſuaꝫ regimini ſcholaſtico incũbente: cauendũ eſt etiam ne magiſter ipſe extra ſuam patriam degens alludat pulueri id eſt labori: feculento id eſt fece pleno eorum ſupple q̄ dicta ſunt ſcilicet ſcholaſtico regimini. alludat iꝙ pluſquaꝫ triennio: non obſtante ꝙ cõfluentia id eſt

ibidem alludat: licet maxima comitum gazeue affuerit affluẽtia: federataqꝫ amoris opulentia: niſi honoris promotio vigeat i amore vl' facultatũ elatio i honore. Cũ ãt ob dulcoris patrie delicias parentũqꝫ ve-

abũdantia maxima: gaçe ſupple et lucri: ⁊ comitum id eſt ſcholarium affuerit. affluentia inꝙ federata id eſt copulata: opulentia id eſt cum abundanzia amoris. alia littera habet confederati amoris: ſed in idem redit: niſi id eſt excepto illo ſi promotio in maiore vigeat id eſt niſi ſperet ad maiora promoueatur: vel certe elatio facultatuꝫ id eſt diuitiarum ⁊ lucri vigeat in honore: quaſi dicat. tunc enim commorandum eſt: cum maiora premia expectentur. Item puluis dicitur quod viuenti tollitur. Inde et puluerem pro labore plerumqꝫ accipimus. Unde Virgilius in quadam egloga. Quid iuuat eſtiuo defeſſum puluere abeſſe. Quam potius bibulo decubuiſſe thoro. ⁊ Horatius. Sunt quos curriculo puluerem olimpicũ collegiſſe iuuat. licet forte alia ibi interpretetur manerie. Item feculentus a fece dicitur id eſt fetidus vel plenus fece. lentus enim ſepius plenum ſignificat ſicut oſus.

Cum autem ob dulcoris patrie delicias. Poſtꝙ Boetius in hoc vltimo capitulo oſtendit qualiter magiſtri regentes ſcholas in duabus vrbibus ſolemnioribus vti eſt athenis ⁊ rome: ſimiliter quoqꝫ in locis his adiacentibus: extra tamen ſuam patriam exiſtentibus ſe gerere debeant tam quo ad ſe ꝙ quo ad ſcholares ⁊ ad alios a ſuis ſcholaribus diſtinctos: nunc conſequenter in hac finali parte totius operis determinat quomodo magiſtri in patria ſua curam docendi diſcipulos ſuſcipientes ſe debent gubernare. Et diuiditur hec pars in duas partes. nam primo ponit documenta quedam ipſum regulantia quo ad mores componendos. ſecundo quo ad vicia fugienda. ſecunda ibi. Iocorum. Prima adhuc in duas. nam primo facit quod dictuꝫ eſt. ſecundo cauſam documentorum ſubnectit ibi. Quoniam polimite. Et primo documentum ponens dicit. cum quis magiſtrorum acceperit curam regendi ſcholas in confinio natalis ſoli id eſt territorio: tum ob delicias dulcoris patrie: tum etiam ob venerabiles aſpectus parentum: inſiſtendum eſt id eſt vacandum eſt: ſubaudi ipſi magiſtro pompoſo id eſt ſuperbo: non ea ſuperbia que vicio commaculata eſt: ſed pompoſo id eſt pleno pompa philoſophica affatui id eſt colloquio ⁊ ſermoni: qꝫ pro et ſimiliter arridendum eſt caute ſplendideqꝫ procurationi ſubaudi ciborum ⁊ victualium reliquorum: ⁊ hoc dico viciſſim: non quidem die ſingulo: ſed cum





tempus expoſtulet aut facultate permittatur: qꝫ pro et gaudendum eſt ipſa varietate veſtium ſupple ⁊ alijs ornatibus decentibus: vti ſunt anuli ⁊ birrum ⁊ ſimilia: que honor magiſtralis requirit. Et cauſam huius ſubdens de varietate veſtiuꝫ dicit. et hoc ideo quoniam venuſtas id eſt decentia veſtis: polimite id eſt ornate: qꝫ pro et inſignia id eſt glorioſa ornamenta anulorum et aliorum redimiculorum cogunt multos obtinere aliud ꝙ veritas ipſa intrinſeca exigat et requirat: quoniam vir bene veſtitus in veſtibus eſſe peritus: creditur a mille: ꝙuis idiota ſit ille. Et annectens cauſam aliam hoc ipſum dicit. ornatus etiaꝫ et fauor: qꝫ pro et lepos id eſt facetie affatus ⁊ colloquij: cõpellunt ſupple plerumqꝫ excedere id eſt precellere viſu et apparentia multos ſupple tales: ⁊ taliter veſtibus fauore et facetia colloquij inſignitos. multos dico comparatos ſenſu erroneo: ſubaudi ob fictam decentiam Homerum illuꝫ poetam grecum. q. dicat ornatus veſtimentorum atqꝫ reliqua ſupradicta ſepius faciunt magiſtruꝫ eſtimari Homero ſapientiorẽ et peritiorem: ꝙuis ita in rei veritate non exiſtat.

nerabiles aſpectus regendi curam: quis acceperit in natalis ſoli confinio: pompoſo affatui inſiſtendum eſt. Caute ſplendideqꝫ procurationi viciſſim eſt arridendum: veſtiumqꝫ varietate gaudendum: quoniam veſtis polimite venuſtas: anulorumqꝫ inſignia: multos aliud ꝙ veritas exigat cogunt obtinere: ornatus: fauor: affatuſqꝫ lepos ꝙplurimos comparatos ſenſu erroneo Homerum excedere viſu compellunt: ordine tamen docendi pretaxato diligenter obſeruato. Iocorum quoqꝫ damnoſa libido attentius ablata ſit: vt quod raro contingit prouincialis honor famã efferat in tituli cõmendatõem. Quanto magis vero venuſtatis titulus ſurrexerit: tãto magis ſubditorũ inſiſtẽdũ ẽ fauori: vt quod proprij oris nequit proferri tu

Notandum ꝙ cuilibet patria ſua dulcoroſa eſt: quoniam locus genitalis cuiuſlibet eſt conſeruatiuum principium ꝙadmoduꝫ pater principiuꝫ productiuũ exiſtit: vti atteſtatur Porphirius Iſagogicus cum inquit. Eſt enim patria principium generationis ꝙadmodum et pater. In ipſa nempe virtus celeſtialis nato vigorem inſtuit: atqꝫ ipſum in eſſe conſeruat veluti locus ſuum locatuꝫ. eſt ergo dulcoroſa cuilibet ſua patria ob loci natalis conſeruantiaꝫ. ſimiliter quoqꝫ dulcoroſa eſt parentum reuerentiam: que quidem primũ in promiſſione mandata eſt: vt pateꝫ exodi. xx. cũ dicitur. honora patrẽ tuũ et matrẽ vt bene ſit tibi. affert eiꝫ parẽtũ reuerentia vite: longeuitatẽ atqꝫ honorꝝ tẽporalium affluentiã abundantẽ. Iteꝫ polimitus ta. tum. adiectiue ſumitur. vel etiam polimita veſtis eſt multorꝝ colorꝝ. ⁊ dicit a



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

rotunditate quod eſt polus:q; veſtis illa rotunda eſt:⁊ poteſt capi i propoſito vtroqȝ ſignificato. Item venuſtus id eſt decens:⁊ dicitur a venus. Papias vero dicit venuſtus id eſt ſapiens:ornatus:modeſtus:facetus:formoſus:inde venuſtas facetia eſt ⁊ formoſitas. Iocorum quoqȝ damnoſa libido ⁊ ce. In hac parte Boetius poſt p̄dicta ponit documenta magiſtros regulantia quo ad viciorum fugam. Et diuiditur hec pars in duas partes ſecundum duo documenta que ponit. ſecunda ibi. Cum autē. Primo ponit vnum documentū quod eſt de euitatione iocorum illicitorum. ſecundo cauſam documenti ſubiungit ibi. Ut quod oris ⁊ ce. Et dicit primo ꝙ damnoſa libido id eſt cupiditas iocorum ſit ablata ſubaudi a magiſtro attent⁹:⁊ hoc ideo vt honor prouincialis id eſt hominum prouincialium ⁊ patrie:efferat id eſt extollat famam ſupple magiſtri in commendationem tituli id eſt honoris:quod tamen raro contingit:quoniam nemo acceptus in patria eſt neqȝ propheta vt dicitur in euangelio. ⁊ ſequitur. ⁊ quantomagis titulus id eſt laus:⁊ honor venuſtatis ⁊ nobilitatis ſurrexerit id eſt excreuerit:tantomagis eſt inſiſtendū id eſt vacandum: fauori ſubiectorum id eſt ſcholarium. Et cauſam documenti aſſignans dicit. hec omnia ideo fieri congruum eſt:vt quod id eſt que laus nequit proferri ſubaudi ob proferentis verecundiam:cum propria laus ſordeat:proferri inꝙ tumultibus id eſt verbis tumultuoſis proprij oris: illud ſaltem erogetur ⁊ propaletur affatibus tempeſtiuis eorum ſcilicet ſubditorum:vt ſic magiſter ipſe non ſolum morum dulcedine:ſed ⁊ facultatis id eſt ſcientiarum:acumine id excellentia ſpectetur ⁊ miretur.

multibus ipſorū tempeſtiuis erogetur affatibus: vt non ſolum in morum dulcedine verum etiam proprie facultatis acumine commendabilis inſpectetur. Cum autem tam morum ꝙ facultatis in publicum euenerit commendatio: cauendum ē ne inceſtus caput obſtipet: adulteriū ora

Notandum magiſtri in natalibus commorantibus locis ſummopere a luſorum conſorcio ſe abſtinere debent propter multas viliſſimas conditiones quibus quilibȝ luſor aſtringitur. Prima eſt deſideriū lucrandi quod ex cupiditate procedit:que radix omnium viciorum eſt. primo ad Thimoteum. vi. Secunda ſpoliari proximum quod rapina eſt. Tertia blaphemare deum quod eſt turpiſſimum. Quarta periurare:quo eccleſia contemnitur. Quinta valde mentiri:quo ſcandaliſatur proximus. Sexta furari:quod ſuſpendium ſequitur. Septima iraſci:quod plerumqȝ homicidium ſequitur. Octaua ſolemnitates non colere: quare ⁊ merito lapidandi eſſent luſores ſicuti qui colligebant ligna in ſabbato. Nonum amiſſio honorum omnium:quas ob res bone inquiſitionis magiſter qui famam bonam ⁊ honores ſuos promulgare deſiderat ludorum inhoneſtatem rabiemqȝ deuitet: quoniam nihil eſt quod hominem tam dehoneſtet ꝙ ludorum inhoneſtas. Alee enim ludus vt in policrato libro primo ſcribitur:omnium malorum mater eſt. Deuitetur ergo tam alee ꝙ ceterorum ludorum enormitas:exemplo Chilonis lacedemonij. hic enim ſocietatis iungende cauſa miſſus in corinthum:duces ⁊ ſeniores populi ludentes inuenit in alea. infecto itaqȝ negocio reuerſus eſt dicens ſe nolle ſpartorum gloriam quorum conſtructio biçantio dareſcebat hac maculare infamia:vt diceretur cum aleatoribus ſocietatem contraxiſſe. preclare





quoqȝ vt fertur referebat Temiſtodes magiſtratus ⁊ ludis ⁊ quibuſcumqȝ leuioribus arcendos fore:ne reſpublica ludere videatur: defectumqȝ ſui relicta grauitate pronunciet. hec ille.
Cum autem tam morum ꝙ facultatis. Hic ponit ſecundum documentum quo inuitat Boetius magiſtros ipſos ad fugam luxurie ſummis viribus amplexandam. Et diuiditur hec pars in tres pates. Nam primo documentum ponit. ſecundo cauſaȝ documenti reddit. tertio omnia iſta exēplo confirmat. ſecūda ibi. Ne roſe. tertia ibi. Venerabilis Cratonis. Et primo documentum ponens dicit. cum commendatio id eſt laudatio ⁊ honoratio tam morum ꝙ facultatis magiſtri in publicum id eſt in publicam famam euenerit:conſiderandum eſt ⁊ firmius cauendum: ne inceſſus id eſt luxuria vel fornicatio:caput eius obſtipet id eſt circundet et inclinet: ⁊ etiam ne adulterium ora ſua confundat. ſinodoche eſt pars pro toto poſita: ꝙ pro et ne fetor vicium illicite malignitatis denigret ⁊ obfuſcet famam: ſubaudi magnis laboribus conquiſitam. Et rationem reddens horum dicit. hec ideo conſideranda ſunt: ne roſe id eſt ipſa bona fama: emittentes odorem vernuȝ id eſt vernalem ⁊ ſuauem videantur expirare: et etiam ne lilia caſtitatis id eſt ipſa caſtitas que lilijs merito comparatur:queſita ſudore id eſt labore videantur decreſcere ſupple a ſua pulchritudine: quaſi diceret ne ipſa bona fama redolere deſiſtat.

confundat: illiciteqȝ malignitatis fetor famam bonam denigret: Ne roſe vernum emittentes odorem videantur expirare: et lilia ſudore caſtitatis q̄ſita decreſcere videant. Venerabil' Cratonis effigies ꝓprie fac[illegible]is complicibus alijs etiam qui eum v[illegible]ico aſpectu attigerant meroris cau

Nota Boetius attendens inter alia vicia que habent bonam famam tollere ac etiam denigrare ipſa luxuria eſt. Pro tanto vere ſapientie magiſtrum per hoc documentum vicium hoc euitare docet ⁊ famam bonam retinere: quod faciliter adimplere valebit: ſi conſilio ſapientie voluerit adherere. vnde ipſa ſapientia contra vicium hoc ⁊ reliqua vicia dicit illud ſapientie. vij. veneruntqȝ mihi omnia pariter cum illa: ⁊ innumerabilis honeſtas per manus illius. quod et Cato attendens inquit. Luxuriam fugito ſimul ⁊ vitare memēto. Crimē auaricie nā ſunt contraria fame. contraria inꝙ quod non ſolum verbis ſed exemplo clariſſimum eſt. nunquid enim voluſcentium vrbs clariſſima opulenta legibus ⁊ moribus ordinata vt refert Ualerius libro. ix. ca. i. poſtꝙ in luxuriam prolapſa eſt: i iniuriam et turpitudinem decidit: vt ſeruorum inſolentiſſime ſubiaceret dominationi. ſic ⁊ imperium romanum: vti Policrates libro. vi. ca. xij. refert luxu ⁊ libidine exhauſtum eſt Nerone regnante. Quid ergo hoc vicio fedius: quid damnoſus: quo virtus atteritur: victorie elangueſcunt: ſopita gloria in infamiam conuertitur: facieſqȝ honeſtatis denigratur. Item inceſtus id eſt incaſtus: qui cum moniali cum ſanguinea vel virgine concubit. eſt enim coitus illicitus: Sed adulterium quaſi ad alterius thorum acceſſus. eſt enim vt inquit magiſter quarto ſniaꝝ illicit⁹ coit⁹ cū maritata. Sȝ ſtuprū ē defloratio ꝟgis illicita. Fornicatio ꝯis ad h̄ oia. fit tū ſpalit cū ſoluta vidua vel meretrice. Venerablis Cratois effigies

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

In hac parte Boe. ſuperius dicta exemplo confirmat. Et duo facit. nam primo exē plum ponit. ſecundo circa hoc notabile quoddam ſubiungit. ibi. Licet enim. Et exem plum proponēs dicit. que et quanta opprobria ſubſanationes atq; blaſphemias ob adulterij incurrebat victum. venerabilis enim effigies id eſt imago et ſucceſſus Cra tonis illius magiſtri prebuit cauſam meroris atq; triſticie incrementum: nedum pro prie facultatis id eſt artis: complicibus id eſt ſocijs: verumetiam alijs qui cuȝ attingerāt vnico reſpectu qui ſcilicet Crato cum ob dormiret quodam tempo re i diuerſorio id eſt in do mo Caſtoris illius homi nis quicumq; ipſe fuerit: et hoc ob delicias id eſt adulterium Eufraſie vxo ris ſue: repertus id eſt cō prehenſus eſt in amplexā do. quid vltra. Crato ipſe tractus capillis: caſtiga tus verbere: laceratus id eſt laniatus vulnere: ⁊ de inde ſale fricatus: atq; po ſtea in augmentū penarū vrina ſeruorum infuſus: ⁊ iterū eiectus angulis ſup ple domus erectus trabi bus. Tandem vero torto ribus ipm vt premittitur cruciantibus laſſatis ⁊ feſſis genitalib⁹ priuatus eſt: ſterqui linioq; ſuppoſitus: tranſeūtibus expoſit⁹: ſubaudi irridendā fabulam: quib⁹ oībus ſic ꝑpetratis extitit plebis abiectio. i. deriſio ⁊c. vti in littera clari⁹ proſequitur: qm̄ lit tera nulla eget expoſitōe. Notandū ꝗ mechos atq; adulteros ſimiliter quoq; ⁊ ali os fornicarios cuiuſcūq; cōditionis exiſtant multa mala iuſto dei iudicio cōcomitan tur. hec tamen que littera exemplo enumerat: licet non plerumq; contingāt: quemad modum Cratoni eueniſſe narrantur. ſunt tamen de his que cuȝ adulter in vicio depre henditur: ipſi promptius ꝙ reliqua infligūtur. ſimilia ſunt que Horatius libro pri mo ſermonum connumerat ſatyra ſecunda. inquit enim ipſe hoc modo. Hic ſe preci pitem tecto dedit ille flagellis. Ad mortem ceſus: fugiens hic decidit acrem. Predonū in turbam. dedit hic pro corpore nummos. Hunc permixere calones quinetiam illud Accidit vt quidam teſtes caudamq; ſalacem. Demeteret ferro. iure oēs ⁊c. H ille. Item meror proprie dolor eſt cum ſilentio. et venit a mereo res. quod preterito caret: ꝗ me reo es. ui. inueniatur: tamen non in eadem ſignificatione. Item diuerſoriuȝ diuerſitas viarum eſt vbi viator ad callē diuertitur: vel locus remotus ab alio: vel receptaculuȝ ſcȝ hoſpitiū vel hoſpitale. Et dicitur a diuerto. vnde in Luca. nō erat ei locus in diuer ſorio. ⁊ vt dicit in gloſa ē locus inter duos muros hn̄s duas ianuas: vt. ſ. ex diuerſis vijs recipiat aduenientes. Licet eiȝ qñq; primeua qñq; ſalua fiant indicia. In hac fina iparticula huius totius libri de diſciplina ſcholariuȝ circa proxie dicta quoddā

ſam prebuit et incrementum: qui Caſto ris i diuerſorio ob Eufraſie vxoris ſue de licias obdormiret: amplexando repertus ē capillis tractus: verbere caſtigatus: vul nere laceratus: ſale fricatus: vrina ſeruorū infuſus: āgulis eiectus: trabibus iunctus: tād laſſatis tortoribȝ genitalibȝ priuatus: ſterquilinio ſuppoſitus: tranſeuntibus ex poſitus: plebis abiectio: diſcipulorum de ſolatio: cōmilitonum opprobriuȝ: crudūq; ac crudele miſerum ac miſerrimuȝ cunctis extitit doloris ſpectaculuȝ affinitatis gra tia: parentelequ gloria in nullo ſibi profi cientibus. Licet enim primeua quādoq;





ſubiūgit notabile quo magiſtros quoſlibet cōmonet: vt quecūq; tum in moribus tuȝ quoq; adminiſtratōe doctrinaq; geſſerit: hec ſaltē eo ordine atq; manerie gerāt: vt ſicut media pris ꝓualeāt: ſic ꝙ vltia medijs priſcq; ātecellāt: qd tamē plerūq; alio ordie ge ritur. quāuis eniȝ primeua indicia id eſt ſigna fiant: quādoq; . i. ſepius ſalua ſubaudi ⁊ laudabilia: tn̄ vltima ſupple indicia ꝑmanebūt plerūq; īquinamēta. i. turpia ⁊ ſce lerata: alterius ſaporis id ē manerici ꝙ pria. No. ſicuti parum ꝓdeſt bene agere ſi mos labilis exiſtat cū ex nullis actib⁹ genere tur habitus niſi boni ope ris pſeuerantia coexiſtat: ſic que [illegible] parū imo nihil ꝓficit q̄ a bonis īcipit: medio teper: fineq; horrore confundit. Vnd [illegible] bijs ſapiētū bene dictū eſt. Nil ꝓdeſt bene facere ſi ceſſes. Nā turpe eſt bōa opa [illegible] deſerere atq; in mala declinare. Incepto ergo bono ꝓpoſito pſeuerandū eſt iuge [illegible] Ille aūt pſeuerat qui bona cepta continuat: Ille quoq; cōtinuat q̄ ſummo cre [illegible] fine ſingula claudit. Qui de⁹ glioſus ē i ſecula cūcta benedictus. Amen.

ſalua fiant indicia: vltima vero alterius ſa poris inquinamenta permanebunt ⁊ cete.

Conſiliabar item gnatorum ſoluere carmen:
Obliqua facie ſurdus ab arce vehor.
Non pudeat ſtruxiſſe dolos ex aggere ſato.
Rumi feros ſonitus dum mouet ampla ſeges.
Aderat interdum rabies contermina pōtho.
Dum loquor ex quarto capite confer opus.
Vos ꝑcoro o iuuenes q̄bus ē celebrāda iuuētus.
Suggerat innocuos nunc mea lira modos.

Finit Boetius de diſciplina ſcholariuȝ cum cōmento
Impreſſus Lugduni per Iohannem de prato. Anno
domini Milleſimo. cccc. lxxxvij. die. viij. Februarij.

fratris benedicti de ebria



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL.ES

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

VNiVERSiDAD
DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES